

25. II.

e

2

4

5

6

8

9

13

13

16

Nf. 97.

e.

- Krozingenius dux in disser. Tuncdu lafiniscau Disputatione
cum Saligen Grindelau.
1. De historiae ecclesiasticae nostri seculi usibus
sapienter accommodatae utilitate
 2. und 3. de vera notione vocabuli πνευμα Röm. 8.
comentatio prima et altera.
 4. Comentatio in Ephes. 1, 19. seq.
 5. Comentatio ad locum Pauli I Corinlh. 12, 1. — 11.
 6. und 7. Comentatio de Αγωνι προφητικω βεραοτησ
2. Petr. 1, 16. — 21. pars prima et altera.
 8. Comentatio de spiritu Dei quo oblati sanctificati et
justificati dicuntur Corinthii
 9. 10. 11. und 12. stricturarum in locum de theopneustia
librorum sacrorum particula prima, secunda, tercia et quarta.
NB. Det ista und laetna particula Griesbachus ist da, inde No. 23. alias datus dicitur
et quid det Griesbachus ~~sicutum~~ sicutus est yebanda.
 13. und 14. Comentationis de imaginibus iudaicis, quibus
auctor epistolae ad Ebraeos in describenda Mosis
provincia usus est particula prior et posterior
 15. de fide historica ex ipsa rerum quae narrantur
natura judicanda.
 16. brevis illustratio epistolae Danielis episcopi
Vintoniensis ad Bonifacium Griesbachum non habet auto-
rem; sed titulo teste Bambachum Griesb. conpres in Philosophia
humana gratulante. Coas enreiter. 1878.

7.

17. *Dissertatio historico theologica locos theologicos collectos ex Leone magno Pontifice Romano sistens*
18. *Dissertatio critica de codicibus qualuor Evangeliorum Origenianis pars prima. N. pars altera non prodit*
19. *Quid Ebr. 3, 7. — 4, 11. ad Tattau beweis Deo imagines adumbretur disquiritur*
20. *Locorum novi Testamenti ad ascensum Christi in coelum spectantium sylloge*
21. *nexus inter virtutem et religionem paucio illustrat.*
22. *inquiritur in fontes unde Evangelistae suas de resurrectione Domini narrationes haurient*
23. *Scripturarum in locum de theopneustia librorum sacrorum particula quinta et ultima sive obv. 8. q. 12.*
24. *Marti Evangelium totum e Matthei et Iucae commentariis decipsum esse monstratur.*


Hoc disius regulatione sole nach Maus' golfsbol. Dralfflaes aus Fortschreibung 1790 erschien, und die ganze Regulation in Wallfuss und Rennbahn reguliert abgedruckt. T. I. p. 360 — 374.


Neuf Maigal ist Grisbau auf der Titulatione di iroca ifu
Capita, und verlige uasboudre in sien Comunaleco critico in
heil. gr. Nor. Det. abgabt ist sind, uas Raufas au.

De potentiore ecclesiae Romanae principilitate ad
locum Trenae lib. 3. cap. 6. Senec 1779.

de mundo a Deo Patre condito per Filium Ien. 1781.

Pr. in quo Eutychis de unione naturarum in Christo
sententia illustratur ibid. 1794 ist nicht von Grisebach sondern
von J. W. Biffigd.





17

DISSERTATIO HISTORICO-THEOLOGICA
L O C O S
THEOLOGICOS COLLECTOS
EX LEONE MAGNO
PONTIFICE ROMANO
SISTENS.

Q V A M
SVB MODERAMINE
VIRISVMME VENERABILIS, EXCELLENTISSIMI
AMPLISSIMI ATQVE DOCTISSIMI
IOANNIS SALOMONIS SEMLERI

S. S. THEOLOGIAE DOCTORIS ET PROF. PVBL. ORDIN.
SEMINARII THEOLOGICI DIRECTORIS
REGIONVM ET HALBERSTADIENSIVM ALVNORVM EPHORI

PRAECEPTORIS OPTIMI
FAVTORIS MAXIMI

D. FEBR. MDCCCLXVIII.
ERUDITORVM EXAMINI SVBMITTET

AVCTOR
IOANNES IACOBVS GRIESBACH
MOENO - FRANCOFVRTENSIS, S. L. C.

HALAE MAGDEBURGICAE,
TYPIS FRIDERICI WILHELMII HVNDTI.

DISSESSATIO HISTORICO-THEOLOGICA

I O C O A
THEOLOGICOS CONCILII
EX HOC MODO

CONFIRMATIONE
DICTI PONTIFICIS
AD TITULUM

ETIAM QUIDAM ALIAS VERSUS

QVOD ETIAM QUIDAM ALIAS VERSUS





SECTIO I.
QVAE EST PRAEPARATORIA.



S. 1

um omnes fere partes eruditionis theologiæ luculenter possunt e libris antiquissimorum, quos patrum appellatione veneratur christiana ecclesia, doctorum, illustrari; tum vero in primis multiplex est et incredibilis, quae ex his scriptioribus ad dogmaticam theologiam afferri potest utilitas. Sed nescio quid sit, quod inde ab eo tempore, quo maiores nostri communionem Romani Pontificis deseruerunt, plerique nostrarum partium theologi, qui aliquid studii in patrum lectione consumserunt, in hoc potissimum elaborandum sibi esse putauerint, ut demonstrarent, longius abesse pontificios a vetustissimorum christianorum doctrina quam nos: pauciores vero id egerint, ut quascumque patrum dogmaticas sententias notatu digniores, nulla aut confessionis aut discrepantiae habita ratione, recenserent, Evidem is non sum, qui priores

A 2

illos.

illos reprehendam, id consilii sectantes, quod in polemico loco sua utilitate eo tempore, non caruit; at nostrae tamen aetati magis conuenire arbitror liberalia illorum studia, qui patrum sententias ita colligunt, ut illarum ortus atque successiones, et incredibilis in rebus dogmaticis definiendis, antiquiorum theologorum varietas, salubriter perspici queat. Utilitas enim quae e librorum a patribus conscriptorum lectione ad nos reddit, non tam in eo posita est, ut illorum temporum ac hominum opiniones et decreta, quae his scriptioribus continentur, sancte retineamus et posteris fideliter tradamus, quam in eo potius, ut tum inspiciamus tanquam in speculum in praeteritorum seculorum monumenta, atque ex aliis sumamus exemplum nobis, et discamus, quid nostra hac aetate factum opus est usus sit; tum praeterea, ut iustum nobis comparemus de dogmarum theologorum natura et indole iudicandi facultatem. Nulla vero via, si qua est alia, qua ad hunc finem perueniri possit, brevior est ea, quam ineunt qui patrum volumina ita versant, ut obseruent, quo tempore, qua occasione, et a quibus primum exposta fuerint singula dogmaticae disciplinae capita; quid ab aliis postea additum sit aut immutatum; quae quasi genealogia vniuersitiusque dogmatis fuerit (¹); quibus argumentis quodque vel confirmatum sit vel impugnatum, et quae sunt huius generis reliqua. Quae qui penitus cognita haberat atque perspecta, non poterit non rectius quam alii statuere de ipsa christiana religionis indole, quae quum ex Dei consilio ad omnes homines pertineat, subtilibus illis sententiis nequit contineri ac absolui, quae, ut haud mediocrem ingenii culturam atque eruditionem variam

(¹) Sed non poterit ista sententiarum theologicarum *genealogia*, satis accurate describi, nisi ratio simili habeatur *geographiae dogmaticae*. Nempe aliis in regionibus atque provinciis cogitandi docendiisque ratio, quod ad unum alterius dogma, plerumque diversa erat ab ea, cui aliorum locorum homines adsuetae erant. Unaquaque sera provincia quasdam habebat peculiares *evangelii*, et *vocata* nonnulla sibi propria. Sic v. c. Eutychetius de Christi opinione Aegyptum, Augustini vero placita Africam potissimum redolent. Sed iusta utilissimae rei enarratio adhuc in desideratis habetur.

EX LEONE M. COLLECTI.

variam ponunt, ita ab iis intelligi non possunt, quibus dene-
gauit vel vitae tenuior ratio eam facultatem.

§. 2.

Cum itaque in animum induxissem edere aliquod vitae aca-
demiacae a me adhuc actae rudimentum; e LEONIS MAGNI
Pontificis Romani, scripbris visum est nonnulla, quae ad doctri-
nae christianaे historiam pertinent, ita proponere, vt eorum
maxime rationem sequerer, qui dogmaticis magis quam pole-
micas vobis inferire student. Excerptam igitur ex LEONIS M.
epistolis atque sermonibus ea, quae maxime idonea videbun-
tur, ad demonstrandum, quid ille de nonnullis fidei chri-
stianae capitibus senserit; conferam inter se accurate omnes
eiusdem argumenti locos, et seruabo, quantum fieri poterit,
ipsa auctoris verba atque disciplinae formulas. Comparabo cum
his, sicuti in rem esse videbitur, scripta aliorum patrum; siue
illi in aliqua dogmatis cuiusdam definitione, nostro seculo minus
vistata, concinat auctori nostro, siue in alia omnia discendant⁽²⁾.
His denique nonnullas, vt res feret, adspergam obseruationes.

§. 3.

Quod autem LEONI prae aliis operam meam, qualiscun-
que sit, dicauerim, nemo facile, vt spero, vituperabit. Tan-
ta enim semper auctoritate apud catholicos christianos, et ori-
entales et occidentales, valuit Noster, vt vix maior esse possit.
Celeberrimam praesertim illam, quam ad Flavianum dedit epi-
stolam, in qua incarnationis mysterium dilucide exponitur et
contra haereticos defenditur, summis laudibus ad coelum ab or-

A 3

tho-

(2) Egregie in hoc negotio me adiuerunt, quae summe Ven. PRAESES e-
scriptis Patrum dogmaticis colligit in introductione ad b. Baumgartenii
theol. polem, quo tamen adminiculo ita usus sum, vt auctorum libros, a
Viro incomparabili laudatos ipse euoluerem, ne alienis tantum, quamquam
optimis, oculis vidisse dici possem.

thodoxis exactam esse, non solum quam plurimae ad LEONEM datae multorum litterae, verum etiam plurium conciliorum decreta abunde testantur, in quibus semper honorifica huius scriptio mentio habetur, eiusque auctor columnna praedicatur et illuminator ecclesiae, firmamentum orthodoxae fidei, apostolicorum dogmatum defensor, apostolis ipse coaequandus etc. Quid? quod haec epistola, quam concil. chalcedonense vniuersale communem quamdam appellat columnam aduersus peruerse sentientes, tam in romana ecclesia, quam in alijs et italicis et gallicis coetibus eo tempore, quo Iesu Christi aduentus celebrari solet, publice lecta est; id quod e pluribus *Lectionariis* libris satis antiquis recte colligitur. Recentiori etiam aetate multos fuisse, qui lectione scriptio mentio, quas LEO elucabrait, delectarentur, dubium esse nequit, cum inde ab anno 1470 aut 1471. plus minus vices eius opera typis sint excusa⁽³⁾. Quantu Romana hodie quoque ecclesia eum faciat, nuper ipse *Benedictus XIV.* Pontif. Max. demonstravit, qui anno 1754. ecclesiastica lege, de apostolicae potestatis plenitudine, proprium *Doctoris titulum atque cultum* ei decreuit. Quid plura? Non est quod ad testimonia, satis plerunque dubia atque suspecta, provocemus, cum res ipsa loquatur, et iustis rationibus probari possit,

(3) Epistolae praeterea saepius, magna factim ex parte, et seorsim editae, et in collectionibus conciliorum, epistolarum decretalium etc. recusae sunt. Ego vero vtor operum editione, quae curantibus Petro et Hieronymo fratribus *Balleriniis*, Presbyteris Veronenibus, prodiit Venetiis 1753. tribus tomis fol. in qua ad multorum praestantissimorum codicium fidem meliores saepe lectiones inductae, spuria scripta a genuinis sollicitate separata, et annotationes, satis plerunque utiles, tam ad LEONIS textum, quam ad *Quesnellii* dissertationes hic recusae adiectae sunt. Pluribus de hac editione egit S. V. ERNESTI, litterarum omnium decus, in biblioth. theolog. vol. 4. pag. 579. et 867. Sequor vero in excitandis auctioris locis seriem sermonum et epistolarum ad temporis rationem ab his, quos laudati, editoribus emendatam. Libros II. de vocatione omnium gentium, epistola ad Demetriadem, breuiarium aduersus Arianos, sacramentarium quod LEONINVM vulgo dicitur, et nonnullas epistolas ac homilias, a *Quesnello* alisque LEONI attributas, in subsidiis non adhibeo, quia omnes has scriptiones huic Pontifici supportas esse eruditis fere omnibus hodie est persuasissimum.

possit, attenta consideratione sollicitaque discussione, prae multis aliis illius temporis scriptioribus, dignos esse magni huius Pontificis libros. Incidit enim in ea tempora, quibus ob imperii Rom. statum valde perturbatum, ecclesiae quoque conditio satis erat misera, quam vero perpetua doctorum dissidia multo adhuc reddiderunt deteriorem. Quare non solum disciplinam ecclesiasticam admodum corruptam diligenter et seuere regere conatus est LEO, verum etiam pugnare eum oportuit cum haereticis quam plurimis, qui vel ante eius Episcopatum innotuerant, ut Manichaei, Pelagiani, Nestoriani, Priscillianistae, aliique; vel eo tempore, quo Romanae ecclesiae ipse praefuit, exorti sunt, Eutyches scilicet cum suis sequacibus. His omnibus mira animi alacritate et incredibili constantia se opposuit, auctoritatemque doctrinae, antiquitus traditae, contra nouatorum molimina masculie defendit, additis praeterea nouis atque accuratioribus, quibus haereticae opiniones excluderentur, dogmatum determinationibus. Quanta vero in eo fuerit prudentia, rerum vsu acquisita, quanta ingenii vis, quanta eruditiois doctrinaeque pro illorum temporum ratione (4) copia, quantum denique orationis flumen (5); facili negotio omnes intelligent, qui eius scripta vel leuiter attigerint.

§. 4.

(4) Sermonis graeci aequae ac hebraici eum ruidem suisse, non est quod quis magnopere miretur, cum a latinis patribus tantum non omnibus linguarum studia neglecta esse constet.

(5) Dicendi quidem admirabilem copiam, vt fas est, laudamus; nimium vero illud studium, quod nil nisi ornamenta querat, periodorum concinnitatem sectatur, et argutias, antitheses ac verborum lusus ita venatur, vt aut sensus euadat admodum implicatus, aut sub nitidis atque sonoris verbis ieiuniae lateant et humiles sententiae; hoc, inquam, a quo non semper fibi cauit LEO, excusat non ausim. Insigne afferam frigidioris allusionis specimen. „Inruerunt, scribit de Iudeis, Iuda duce Christum captiuum trahentibus, in lumen verum filii tenebrarum, atque vtentes faculis atque laternis non euaserunt infidelitatis sua noctem, quia non intellexerunt lucis auctorem, „ Serm. §9. I.

§. 4.

Quamuis vero ad praefantissimas has animi dotes, quibus forte omnes suos antecessores longe antecedebat, accederet vi-
tae ratio tam bene composita, ut plerique LEONIS successores
ex eo exemplum sumere potuissent, ipsis reique christinae sa-
luberrimum: tamen accidit homini, qui Magnus appellari me-
ruit, quod mortalibus omnibus vsu solet evenire, ut laudentur
ab his, culpentur ab illis. Iuuabit, nisi omnia me fallunt, po-
tiora cognoscere, quae vitio vertuntur pontifici, qui ab ipsis ro-
manae curiae asseclis optimo cuique romanae sedis praeluli ae-
quiparatur. Rem paucissimis expediemus. Primum, repre-
hensoribus non caruit *animus eius elatus atque superbus*, ni-
miumque ipsius studium *romanae sedis dignitatem et auctorita-*
tem non dicam mordicus defendendi, sed quoquo modo, pro-
re nata, adaugendi. Et profecto, quicquid etiam ad LEONIS
purgationem adducant eius defensores, candidi tamen iudices
non poterunt negare, iusto arrogantis aduersus Hilarium Are-
latensem episcopum, doctrina et virtute ornatissimum, se gef-
sisse eum in disceptatione, cui depositio Celidonii, et ordinatio
alterius episcopi in Proiecti locum, ab Hilario procuratae, ansam
praebuerunt⁽⁶⁾. Neque magis excusari possunt tum legatorum,
qui

⁽⁶⁾ Caussam pro Hilario dixit Quesnelli in dissert. V. LEONIS operibus ad-
iecta; LEONIS vero patrocinium post alios in se suscepunt editores no-
stri, Ballerinii, a partium studio non proflus alieni, in anmaduersionibus
illi dissertatione adiunctis. Cum vero altioris indaginis sit tota haec res,
quam vi paucis absolui queat, neque ad dogmaticam historiam, quam e
LEONE illustrare conabimur, ex ista lite quicquam lucis accedat; contro-
versiam hanc intactam relinquimus. Sed si vel maxime dare hoc vellem,
iure meritoque Hilarii molimibus se opposuisse Nostrum: nihil tamen
fecius eum vituperaverim, quod per totam fere concertationem quam plu-
rima ediderit documenta animi, turbulentis et irae et superbiae affectibus com-
moti, quodque saepissime insanam paene prodiderit cupiditatem, ecclesias-
ticæ suæ potestatis fines ita dilatandi, ut cæteri episcopi omnes summo
Romanorum antistitut imperio penitus subiicerentur. Licet autem speciem
induat homini, qui b. Petri tueretur dignitatem et proprio suo honori mi-
nus studes quam gloriae et auctoritati tuæ sedis, animi tamen insolentioris
vituperationem non effugit.

qui chalcedonensi concilio **LEONIS** nomine intererant, arrogantes conatus, tum **LEONIS** molimina, quibus illum concilii huius vniuersalis canonem infringere ausus est, qui Constantinopolitano Patriarchae *ταῦτα πρέπει* cum Romano episcopo, secundum post hunc locum, et ius Metropolitanos Ponticae, Asiaticae et Thraciae dioeceseon, et episcopos harum dioecesium, qui sunt inter barbaros, ordinandi, annuente *Marciano* Imperatore, decreuerat. Ut primum illam legem resciuit homo nimium sibi suaeque sedi tribuens, coelum terramque misfuit, neque tantum apud se valere passus est, aut Imperatoris auctoritatem summa humanitate temperatam, aut orientalium preces, ut canonem, qui suo honori aduersari videbatur, affensu suo firmaret. Ex qua impotenti **LEONIS** pertinacia non solum orta est perpetua quaedam cum *Anatolio* Constantinop. episc. simultas, et suspicio apud nonnullos de orthodoxia concilii, cuius decreta Romanus episcopus ex parte irrita declaraverat: verum etiam, quod maxime dolendum est, totius illius schismatis, quod non sine magno reipublicae christianaee detimento, orientalem ecclesiam ab occidentalii in perpetuum seiuxit, ex eo tempore fuerunt funesta auspicia. Sed non est, quod diutius his immoremur, cum remotiora sint a fine nobis proposito. Supersedemus itaque plura recensere eius molimina, quae sicut Rom. episcoporum potentiam mirifice auxerunt, ita luculenter de eius superbia animoque, christiano episcopo minus digno, testantur.

§. 5.

Interim suppeditant tamen haec obseruationem in dogmatum christianorum historia pertractanda non prorsus inutilem. Quemadmodum nempe doctrinae puritas non statim infert morum sanctitatem, ita etiam ex moribus bene compositis non magis consequitur doctrinae castitas, quam ex vitae turpitudine doctrinae simul corruptio cogi potest. Constat enim inter omnes, quibus praeconceptrae opiniones non omnem mentis aciem praestrinxerunt, haereticos (hoc nomine cum aliis utimur,) innu-

B

meris

meris execrationibus ab orthodoxis oneratos, non raro aduersarios suos, quantum ad vitae integritatem, longo post se inter-
vallo reliquisse. Quodsi vero dogmatum veritatem iudicare liceret ex eorum moribus, qui primi ea clarius exposuerunt, accuratius definitierunt, studiosius propugnarunt, et secus sentientes anathematizarunt, actum profecto esset de multis, quae pie adhuc retinuerunt, et ab aduersariorum obiectib[us] vindicarunt orthodxi, dogmatibus. Quotus enim quisque est, qui multorum ὁρθοδόξων et sanctissimorum, si placet, patrum vi-
tam et res gestas sine indignatione legere possit, si modo menda-
ces laudes a veris discernere didicerit. In conciliis autem ce-
leberrimis, ne iis quidem exceptis, quae fidem optime expo-
suerunt eiusque definitiones verissimas sanxerunt: qui, bone Deus, clamores, quae turbae, quae factiones, aemulationes,
simultates, quae muruae episcoporum accusationes, calumniae,
fraudes, quae denique in eos, qui haereseos accusati erant, du-
rities et violentia! Non eo animo haec a nobis prolati hic sunt,
vt dogmatum ibi ab illis hominibus stabilitorum veritas in du-
bium vocetur: sed hoc tamen facile intelligitur, omnia et au-
toritatis et antiquitatis praeiudicia sedulo esse abiicienda, nec
quicquam ob patrum et conciliorum decreta, aut antiquitatis
consensum esse credendum, quod ex Scriptura S. aliisque certis
humanae cognitionis principiis deriuari aut confirmari nequeat.
Sed redeamus ad LEONEM,

§. 6.

Sicut propter fastum, et incredibilem cupiditatem, romanae
fedi dignitatem et iura amplificandi, reprehenditur a multis,
ita etiam culpatur, quod *iniquum* se praebuerit erga haereticos.
Duo sunt, quae vitio ei vertuntur: alterum est, quod errores
atque scelera illis *affinxerit*, a quibus erant alienissimi; alterum,
quod capitalia supplicia in haereticos constituta suo assensu com-
probauerit. Ad prius quod attinet, negari omnino non pot-
est, eam fuisse olim plororumque orthodoxorum iniquitatem,
ut omnium, qui ab ipsis dissentiebant, famam variis obtrecta-
tioni-

tionibus inquinarent, eosque et opinionum absurdissimarum et turpisimorum flagitorum falso arguerent. Ostendemus infra multos a LEONE errores tam Nestorio quam Eutychi immerito tribui, qui non nisi per consequentias longe ductas ex hypothefibus, ab his hominibus assertis, elici possunt. Sed alia est caufa, ad quam animum hic intendimus.

Nempe doctissimus Beausobrius postquam in historia critica Manichaeisini tom. 2. pag. 725, seq. multum operae posuisset in euincenda falsitate horrendi illius criminis, quod Manichaeis a nonnullis obiicitur, qui eos spurcissimae obscenitatis in eucharistiae celebratione reos esse, memoriae prodiderunt, inde a pagina 752 id agere incipit, vt LEONIS M. testimonia, quibus nefandi illius sceleris veritas probari videtur, eludat. Nimirum saepe commemorat LEO mysteria a Manichaeis celebrata, quae, cum summa in eis sit obscenitas et turpitudo, non mereantur sacra nuncupari, sed exsecranda, et quae verecunde ex parte debeant praetermitti, ne casti offendantur auditus; in Manichaeos tamquam in sentinam confluxisse statuit, quicquid in omnibus haeresibus sacrilegum sit atque blasphemum; legem huius sectae esse contendit mendacium, diabolum religionem, sacrificium turpitudinem. Inprimis vero epist. 7, 1, 15, 16. et serm. 16, 4. narrat, Romae in frequenti episcoporum et presbyterorum consesso, cui interfuerit etiam pars senatus ac plebis, ipsum, qui omne facinus perpetrarunt, ore et consona confessione reseratum esse illud quoque scelus, quod eloqui verecundum sit. Praefato fuisse in iudicio puellam, vt multum decennem, duas mulieres quae sceleri ipsam praeparauerint, adolescentem vitiatorem puellae, et episcopum detestandi criminis ordinatorem. Tanta autem diligentia inuestigata esse omnia, vt nihil minus credulis, nihil obtrectatoribus relictum sit *ambiguum*, neque quemquam debere arbitrari, *dubiae famae* et *incertis* opinionibus creditum esse. Beausobrius ad infringendum hoc testimonium eo usque progreditur pag. 756. vt aperte LEO. NEM fraudis insimulet, pio hoc consilio commissae, vt Manichaorum haeresis facilius extirparetur. „Qui pourroit m'assu-

„rer, inquit, qu'il ne se servit point d'instrumens préparez pour „jouer une comédie, dont le but étoit pieux. — Supposons, que „LEON — se servit de certaines personnes, qui, fures de leur „grace, s'avoueroient coupables des crimes imputez aux Mani- „chéens, afin d'en faire rejaillir la peine sur la secte.,, (7) LEO-
NIS fama turpiori vix macula adspersa poterat hac, quam confi-
silii pietas eluere neutquam potest. Negari quidem nequit,
catholicos interdum artificis haud admodum absimilibus vsos
esse aduersus haereticos. Verum enim vero LEONEM MAG-
NUM ab hoc crimine absoluendum esse putamus. Nam I.
non satis certum est, quod tamen Beausobrius occupat, loqui
LEONEM de detecta turpi ista eucharistiae distributione, cuius
mentionem fecerant iam ante LEONEM Clemens hierosol. et
Augustinus. Obscoenitates crepat LEO a quoque turpitudines. Au-
dio. Sed plura sunt obscoenitatis genera. Quis vero credat,

LEO-

(7) Nimio studio iniurias a Manichaeanis repulsandi, Beausobrius interdum ab-
ripi se patitur, vt iniurius ipse sit in catholicos Manichaorum aduersarios.
Insigne huius rei documentum inuenissi mihi videor, *histor. critiq.* vol. I.
p. 256. „Pour refuter les superbes prétentions de Manichée (in Manete
apparuissi Spiritum S. promissum a Christo paracletum) l'Evêque de Rome
(LEO MAGNVS) allégué à son peuple, que *Manes est venu de cette
partie du monde qui ne peut recevoir l'esprit de vérité.* Voilà le S.
„Esprit bien borné, et les Peuples d'Orient bien disgraciez. Je n'aurois
pas crû, qu'un Evêque, à qui l'on donne le fastueux titre de *Grand*, eût
pu dire un si impertinent mot &c. „ Irrisionem profecto et contemnum
commeruisset LEO, si negasset orientales populos posse Spiritum S. acci-
pere. Sed si placuisset Viro doctissimo LEONIS textum paulo attentius
inspicere, benignius, nisi omnia me fallunt, de illis verbis iudicasser. Sic
enim LEO : Serm. 76, 7. — „ille Spiritus veritatis quem *murus* non ac-
cepit *impiorum*, — (et paucis verbis interiectis) „Manichaeo'ne hoc
quidem tribui potest, quod vel exiguam diuinæ inspirationis acceperit
portionem: quoniam et hic de *ILLA mundi* exsilit parte, quae non
potest Spiritum veritatis accipere. „ Scilicet de mundo impiorum (xoo-
mu, vt Christus ipse dixit, Joh. 14, 17.) vt etiam recte monent Ballerini.
Hic de *orientalibus* prouinciis (cette partie du monde,) nec vola ad-
paret nec vestigium. Quodsi itaque ne tanto quidem viro omnem omni-
no reprehensionem effugere contigerit, nos, si quid forte parum accurate
expluerimus, veniam eo facilius impetratuos esse speramus.

LEONEM sedulo sibi cauisse, ne vnum verbum adderet, quo indicaret, loqui se de ista in eucharistia turpitudine, saepe Manichaeis iam obiecta, ab ipsis vero semper negata. Cur non profitetur publice, de hoc facinore certiore iam se esse factum, per ipsorum Manichaeorum indubia testimonia? Nonne mirum est, LEONEM ita obscure semper loqui? „De sacrī, inquit, eorum, quae apud illos tam obscoena sunt, quam nefanda, quod inquisitioni nostrae dominus manifestare voluit, non tacemus.“ serm. 16, 4. Iam ergo quilibet exspectat a LEONE aliquod istius rei manifestum indicium. At nihil profert praeter narrationem de puella ista decenni; de eo autem crimine, de quo Beausobrius agit, ne verbum quidem. Sacrificii etiam turpitudi, cuius mentio ibidem fit, si vel maxime hoc referatur, tamen non recensetur a LEONE inter ea, quae coram iudicibus a Manichaeis confessi patefacta sint. Commemoratis iis sceleribus, de quibus ex Manichaeorum confessione liquido constabat, vtebatur forsitan orator Augustini auctoritate, aut incerta vulgi fama, ad exaggerandam coram plebe haereticorum infamiam, qui summa sua flagitia, diuerfa tamen ab iis de quibus nos disputationis, ipsi detexerant. II. Si etiam concedatur, miseros illos fassos esse hoc ipsum de quo quaeritur facinus, tamen non est quod a LEONE eos emtos atque conductos esse dicamus. Ipsi enim Manichaei ut alia praetereamus, non negauerunt, esse homines, qui nefarium istud scelus admittant; sed hoc tantum negarunt, Manetis eos esse asseclas. Catharistas eos esse, non Manichaeos, licet de Manichaeis ortos, constanter asseuerarunt, vid. Mosheimi Commentar. de rebus Christ. ante Conf. M. p. 894. et quae ibi ex Augustino de heresibus cap. 46. afferuntur. Quod si vero plures erant Manichaeorum sectae, id quod Beausobrius concedit, a perditissimis quibusdam hominibus, Manichaeorum nomen prae se ferentibus, omnem suspicionem amouere velle, non minus iniquum esse videtur, quam omnes omnium temporum ac locorum Manichaeos, eorumdem criminum reos agere velle. Lubenter Beausobrio largior, a dogmatibus omnium primis, quae stabiluit Manes, prorsus abhorrire eiusmodi impuritatem. Hoc vero non sufficit ad

accusandum LEONEM, de malitiosae Manichaeisque funestae
fraudis criminе.

§. 7.

Supereft ut de *poenis*, quas, instigantibus aut saltim consentientibus clericis, ab haereticis sumunt Magistratus politici, aliquid dicamus. Solet enim LEO iis annumerari, qui istiusmodi comprobando crudelitatem, indoli christianae religionis prorsus contrariam, malo posteritati exemplo praefuerunt. Prouocant, qui Nostrum hanc ob rem reprehendunt, praesertim ad eius epistolam 15, vbi de *Priscillianis* agit et eos laudat principes, qui hanc haeresin ita detestati sunt, vt eius auctorem cum plerisque discipulis legum publicarum ense prosternerent. „*Pro*-*fuit*, inquit, ista districtio ecclesiasticae lenitati, quae etsi sacerdotali contenta iudicio, *cruentas refugit vltiones*, seueris tamen christianorum principum constitutionibus adiuuatur, dum ad spiritale nonnumquam recurrat remedium, qui timet corporale supplicium.“ Vt melius intelligatur hic locus, obseruari debet, Priscillianistas a LEONE non solum *errorum* maxime impiorum, sed aliorum etiam scelerum accusari. Per eos enim, contra humanam societatem, curam honestatis atque pudoris omnem auferri, coniugiorum copulam solui, simulque diuinum *ius humanumque* subuerti arbitratus est. Quorum scelerum si rei fuissent, graui omnino poena affici meruissent. Si igitur de *iure* hic quaeratur, neque *facti* veritas, quae valde dubia est, indagetur, nihil fere erit in LEONIS sententia, quod grauiori dignum sit reprehensione. Nihil enim fieri potest iustius, quam vt crimina, quae saluam esse humanam societatem non sinunt, a ciuili puniantur magistratu; Sacerdotes autem ipsi a cruenter abhorreant vltionibus. In eo autem longius a vero abest Nostrus, quod per legum seueritatem haereticos vere ac salubriter corrigi, et ad fidei sanitatem reduci posse ex-*istimat*. Nemo profecto, qui humanum ingenium considerare, et ad actiones hominum attendere solet, ac causas, quae ad agendum impellere possunt humanos animos, inuestigare didi-
cic,

cit, vñquam sibi persuadebit, solis comminationibus aut poenis
externis eo adigi posse homines, vt sincere ac sine fuso, et
mente ipsa emendata, ad frugem redeant. Sed multo magis
humani intellectus, quin ipsius quoque veritatis indoles obstat,
quominus ad *veri intelligentiam* et erroris oppositi internam *con-*
nictiōnē per vim ac poenae metum adducatur quisquam. Sup-
pliciorum itaque utilitas ad solam spectat publicam quietem,
quam qui nec docendo nec agendo infestat, neque leges, quibus
publica salus nititur, migrat, illum, siue haereticus sit siue ca-
tholicus, ab omni poena ciuili immunem esse, ius fas est. Con-
cordant maxima ex parte cum hoc de Priscillianistarum cauſa
iudicio, ea quae de Monachis Palaestinis scribit Noſter epift.
118. qui, Eutychianis partibus fauentes, post concilium chal-
cedonense, ciuitates atque ecclesiās seditionibus conturbarunt,
et ne a caedibus quidem improbas manus abstinuerunt. Prae-
cipit itaque LEO, *sacerdotaliſ* auſtoritatis eſſe, monachis praed-
icandi aliquam contra fidem licentiam non praebere; ad *impe-*
rialem vero pertinere potestatem, vt perturbatores ecclesiasticae
pacis et *reipublicae* ſeuierius coerceantur, et inquieti disciplina re-
uocentur; abſtinendum tamen eſſe ab eorum *sanguine*. Bene-
ſentiam hic dicit LEO. Eiusmodi enim homines ciuilibus
ſubiacent poenis, non quatenus alias quam orthodoxi ample-
ctuntur opinioneſ, ſed quatenus leges ciuiles, rempublicam
perturbando aut euertendo, migrant. Si qui vero publici reli-
gionis adminiſtri ea dogmata in vulgus ſpargant, quae ipſam
quidem religionis christianaē arecē inuadunt, publicae vero ſa-
luti nullum affrunt detimentum, ii ab officio ſuo, ecclesiasti-
co iure, recte depelluntur. Alibi denique paſſim epift. 84, 3.
109, 2. 156, 6. docet LEO, pertinaces haereticos (v. c. Euty-
chen et Eutychianos) exilio eſſe multandos atque e ciuitatibus
expellendos, ne alii talium contagio polluantur; transferendos
autem eſſe eos in ea loca, in quibus nullum cum ſociis poſſine
habere commercium, vt ſimpliciores ad sanitatem mentis, re-
moti a suis magiſtris, faciliter reuocentur. Haec vero cum ad
principum iura potius pertineant, quam ad clericorum officia,
non eſt quod addamus aliiquid, niſi hoc, illos parum laudabiles
fuisse

fuisse quondam episcopos, qui delatores magis egerunt, quam publicos ministros ac suosores saluberrimae atque *hoyum* religionis, quae omnium hominum felicitatem intendit. Reprimenda quidem erat eorum audacia, qui factionibus comparatis, publicam religionem temere impugnabant, sed his non adnumerandi nec in exilium eiendi erant, qui de aliqua eruditionis theologicae parte, ipsam religionis summam, quae animum a vitiis se iungit, et virtutis amorem adiuuat, aut parum aut omnino non attingente, paulo aliter quam *οι πολλοι* sentiebant. Quodsi vero LEO acerbius iusto nonnumquam contra haereticos declamauerit, eosque nimis duriter tractandos esse decreuerit, tamen laudari haec eius moderatio debet, qua correctis ab haeresi, erroremque suum propria voce ac subscriptio-ne condemnantibus, veniam statim concedi pacisque gratiam tribui voluit; epist. 28, 6. 30, 2. 71. 79, 2. 80, 2. „ ut ecclesia Dei nullum sentiat damnum, cum et respicens possit recipi, et solus debeat error excludi. „ epist. 32.

SECTIO II.

QVAE PROPONIT LOCOS DE SCRIP-TURA SACRA ET TRADITIONE.

§. 8.

Iam in rem, quam pertractandam nobis sumsimus, ingredientes, primo quid LEO de fidei principio senserit, et ex quibus fontibus scientiam de Deo rebusque diuinis hauriendam esse putauerit, dispiciemus. Igitur quotiescumque aliqua in cognoscenda veritate impediamur obscuritate, non ad nosmetiplos, sed ad scripturae s. autoritates nos recurrere, et ad promerendum intelligentiae lumen in sacrarum noui et veteris testamenti paginarum latitudine laborare nos iubet, ep. 28, 1. 2. quoniam ab euangelica apostolicaque doctrina ne uno quidem verbo liceat dissidere ep. 82, 1. Sed eundem LEO NEM traditioni etiam, (quas hic non expresse scripturae addidit,) in rebus fidei

fidei non minus, quam in ecclesiasticae disciplinae oeconomia, magnam tribuere auctoritatem, postea videbimus. Quod itaque ad scripturam sacram attinet, veritas eius et diuina origo vbiue pro concessis atque probatis a LEONE ponuntur. Formulis hac in re vititur variis, quarum praecipuae hae fere sunt: indubitatam esse auctoritatem sacrarum narrationum; l. 52, 1. Sufficere verae fidei scire quis doceat in sacris libris ep. 164, 2. Docere autem ibi Spiritum s. ep. 15, praef. firmissime nos debere credere, in diuinis libris nullum esse mendacium, etiam si nondum liquide aliquod valeamus scripturarum capere sacramentum; serm. 66, 1. Scripturam denique sacram *diuinitus esse inspiratam*, l. 34, 4; 72, 1. 76, 7. Ex postrema autem, quam attuli, locutione haud satis certo efficitur, LEONEM omnes istas propositiones, quas nos sub hac formula (quam non ex romano stilo ecclesiastico haurire solemus,) cogitatione completi confueuimus, animo et mente concepisse. Saepissime enim de conciliis, de constitutionibus patrum, de imperatoribus, de se loquens, *diuinae inspirationis* mentionem facit Sic Patres illos 318. qui Nicaceos conuenisse dicuntur, *diuinitus inspiratos* ep. 114, 2. canonesque ab his, *Spiritu Dei* instruente, conditos, nulla in parte esse solubiles ep. 104, 3. 106, 2. proununtiat. De chalcedonensi synodo similia profert. ep. 145, 1. *Leoni imperatori*, per inhabitantem Spiritum Dei satis instructo, negat ullum errorem posse illudere ep. 162, 3. Eundem imperatorem putat ex Dei inspiratione ratihabitionem concilii chalcedonensis decreuisse ep. 148. *Pulcheriae* etiam, Augustae, religiosam a Deo inspiratam laudat sollicitudinem ep. 84, 1. Ipse noster Pontifex epistolam suam 16. Deo inspiratae scriptam esse testatur; Sermonem autem ad populum de incarnatione Verbi habiturus palam profitetur, se non de facultate sua confidere, sed de inspiratione diuina presumere, vt aliquid, quod audientes aedificet, promere possit l. 25. In hisce sententiis omnibus *inspiratio* accipitur significatu plane diuerso, ab eo longe augustinori, qui in theologorum scholis cum *θεοπνευσίᾳ* vocabulo hodie coniungitur. Cum vero neque huius phraseos LEONINAE, *Scriptura sacra est diuinitus inspirata*, vera vis ac potestas

satis accurate possit definiri, quia plures ei significatus subiecti possunt; neque e caeteris, quas de diuina facrorum librorum origine atque auctoritate protuli, sententiis certi quid colligi queat, praeterquam quod scriptura fidei sit regula hominibus a Deo prescripta, eaque certissima, cui assensum, etiam si rerum rationes ac modum non perspiciant⁽⁸⁾, praebere debeant firmissimum, a qua vel minimum recedere nefas sit: ex ipsis LEONIS verbis atque sententiis dijudicari satis nequit, utrum omnes dogmaticas istas arque magnificas iam habuerit de inspiratione verborum aequae ac rerum *évinces*, quas in recentiorum theologorum libris fere omnibus copiose inuenimus expostas; an vero cum seculorum crescente numero, notionum etiam sententiarumque theologicarum ambitus in hoc fidei capite aequae atque in aliis, fuerit auctus.

§. 9.

Euicta sacrarum litterarum diuina auctoritate, nihil acriter diligentioresque curam desiderat, quam ut libri, quos canonicos vocare solent, ab *apocryphis* recte discernantur, ne humani ingenii foetus scriptis diuinis inspiratis admisceantur. *Manichaei* in primis arque *Priscillianistae* LEONIS tempore multis scriptioribus vtebantur, quae vel apostolorum nomen praeferebant, vel eorum doctrinam et historiam copiosius contine-re dicebantur, quae vero a Catholicis dudum tamquam spuria erant reiectae. *Turibius*, *Asturicensis*, in epistola ad *Idacium*

et

⁽⁸⁾ De abuso disputationum atque rhetoricationum in rebus fidei, egregius est LEONIS locus, ep. 164, 2. vbi statuit Christi euangelium huiusmodi artibus non indigere. Quae ibi praecipiuntur in se spectata recte quidem sunt dicta; sed boni argumenti LEO malam defendit causam. Cogit enim ex illis, non licere, cum haereticis disputatione, neque retractare ea, quae semel concilii aliquius auctoritate stabilita sunt. Verum satius forte fuerat, haereticos a LEO etc. proscitus non curari, quam auctoritatibus humanis, decretis, mandatisque tam amplum locum factum, ad eos, si placet corrigendos, qui non nisi argumentis atque rationibus ad veritatis agnitionem poterant liberaliter adduci.

et Ceponium (9), actus memorat Thomae et Andreae et Iohannis, itemque memoriam apostolorum. Ad hos maxime libros respicere videtur LEO, cum epist. 15, 15. ad eundem Turibium apocryphas scriptiones non solum interdicendas, sed etiam penitus auferendas esse atque ignibus concremandas, decernit. Non quidem negat esse in iis nonnulla, quae speciem habeant pietatis, attamen vel haec numquam vacua esse venenis existimat; cum per fabularum illecebras hoc latenter operentur, ut rerum mirabilium narratione seductos, laqueis cuiuscunque erroris inuoluant. Non plane assentior LEO NI, cum f. 34, 4. consilium, quo huius generis scripta sub apostolorum aliorumque celebrimorum virorum nominibus conficta sunt, illud fuisse putat, ut veritatis aduersarii errorum suorum commenta iis munire, hominesque simplices facilius decipere possent. Certe quidem ex his libris, quos ad hoc usque tempus studiosissime occultatos fuisse dicebant eorum admiratores, haurire se iactabant recomitam caeterisque mortalibus ignotam sapientiam (10): quibus illecebris quam plurimi, ut sit, alici se patiebantur, ut ad impostorum partes transirent. Sed de nonnullis tamen apocryphis libris paulo aliter sentiendum est, cum vix de omnibus affirmari possit, haereticorum malitia originem eos debere (11), Ni-

C 2

mi-

(9) Ediderunt eam et Quesnelliū et Balleriniū, post LEONIS epistolam 15. Nonnulla de libris apocryphis in ea perperam narrari, monuit iam Beausobrius in hist. critiq. du Manichée tom. I. p. 402, 415. qui etiam extestimoniis Turibii, atque auctoris Synopseos, quae exflat inter Athanasi opera, recte docet, non omnes narrationes de Christi Apostolorumque rebus gestis, in huiusmodi scriptiōibus occurrentes, falsas esse aut plane conficias.

(10) Vide laudatam epist. Turibii cap. 4. et Origenis homil. 1. in Lucam, qui testatur, legisse se apocrypha euangelia; „ne quid ignorare videremur propter eos, qui se putant aliquid scire, si ista cognouerint, „ edit. de la Rue tom. 3. p. 933.

(11) Ad hoc genus pertinere Beausobrius l.c. p. 455. putauit euangelium secundum hebraeos, illud secundum aegyptios (quod tamen Hieronymus in prooemio commentarii super Matth. iis accenset euangeliis, quae a diuersis auctoribus edita, diuersarum haereseon suere principia) et prædicationem Pe-

tri.

mirum multa sine dubio Christi miracula atque dicta ii, qui praefentes tum fuerunt, memoria retinebant. Haec vario consilio a nonnullis collecta et litteris vt cunque manda sunt; idque non ita multo post Christi discessum e terris iam factum esse, non solum a veri specie non abhorret, verum etiam e *Lucae I. 1.* colligi quodammodo potest (12). Additum est postea apostoli aut viri alicuius apostolici nomen, ut maior istarum narracionum sit ad alios auctoritas. Non omnes autem primitus statim eo animo scriptae sunt, vt dogmatum quorundam falsorum probatio inde peti posset, quanquam mox deinde ad hos accommodatae sint vsus. Ii scilicet inter Christianos, qui a caeteris in re ad religionem pertinenti dissentiebant, hos libellos, si hypothesi adamatae fauere videbantur, auide, vt sunt homines, arripiebant; alii, vt infirmarum alias sententiarum aliquod habent praeſidium, ea addebant, quae suae cauſſae vtilia purabant, iſtis quae minus placebant mutatis aut plane omissis (13); alii

tri, quas ſcriptiones non malas quidem et haereticas fuisse, at iusta tamen auctoritate caruſſe contendit. His *Grabius in ſpīcilegio Patr. ſec. I. p. 72.* etiam *apocalypſin Petri* annumerat, quam ſcriptionem *Sozomeni* adhuc tempore in quibusdam ecclesiis Palaestinae die Parafœas lectam esse, docet e *Sozom. lib. 7. c. 19.* Exaratae fuerunt, vt *Hieronymi I.c.* verbis vtar, ab iis hominibus, qui magis ordinare narrationem, quam historiae texere veritatem, *sine ſpiritu et gratia Dei* conati sunt. Proſrus singulare fuit illius presbyteri consilium, de quo *Tertullianus de baptismo c. 17.* narrat, compoſuisse eum sub Pauli nomine *Acta Pauli et Theclæ*, fraudis autem conuictum, refondisse, id ſe amore Pauli feciffe.

(12) *Hieronymus* iam iſta *Lucae* verba ita intellexit in *proem. comm. in Matth.* et ante eum *Origenes in hom. I. in Lucam*, qui, „conati sunt, „inquit, latenter habet accusationem eorum, qui absque gratia Spiritus S. „ad scribenda euangelia profiliuntur.“ Pertinent etiam ad hanc cauſſam, quae *Origenes in Proem. in canticum de apocryphis obſeruauit*; vbi pronunciat, multa vel ab apostolis vel ab euangelistis exempla esse prolata, quae evidentiter *ex apocryphis* (vet. testam.) defunta ſint. Eos enim Spiritu S. repletos ſciuſſe, quid afflendum ex illis ſit scripturis, quid refutandum, tom. 3. p. 36.

(13) Sic ortae ſunt procul dubio duas illas *Actuum Andreæ* recenſiones, quae cum alteram omnes repudiant, alteram vero *Bellarmino* et *Natalis Alexander*

alii denique, caeteris scelestiores, eiusmodi libros ipsi conscribere et sub apostolorum nomine publicare ausi, iisque ad decipiendos alliciendosque homines abusi sunt; quod in primis a coryphaeis sectarum recens ortarum factum esse existimo. Sed fuisse etiam e catholicorum partibus, qui tales fraudes (pias vocant) admitterent, res ipsa loquitur. Vnde enim *canones*, vnde *constitutiones Apostolorum?* etc.

§. 10.

Alius sed valde similis criminis, circa Scripturam S. commissi, accusantur a LEONE iidem de quibus haec tenus egimus, haeretici. „Manichaei, inquit, ipsas euangelicas et apostolicas paginas, quaedam auferendo, et quaedam inferendo, vitiarunt. „S. 34, 4. Et de *Priscillianis* Ep. 15, 15. idem se scribit veracium testimonia relatione compserisse, et multos corruptissimos eorum codices, qui canonici titularentur, inuenisse. „Vnde si quis, ait, episcoporum sub canonicorum nomine eos codices in ecclesia permisit legi, qui *Priscilliani* adulterina sunt emendatione vitiat, haereticum se nouerit iudicandum. „Laudanda est omnino LEONIS cura, qua ut eiusmodi codices e christianorum manibus eriperentur, prospexit; si quidem ista omnis causa bona fide sua et veritate non caret. Nam, quod ad Manichaeos attinet, non desunt viri eximia eruditione conspicui, qui negent, ipsum Scripturae textum ab his haereticis esse corruptum. I. A. Fabricius in cod. apocr. N. T. vol. I. p. 306.*

C 3

ad

der cum aliis quibusdam pontificis defendant. Vid. *Beaufobre* l.c. p. 400. Vtra gemina, vtra adulterata sit, id ad hanc causam nullius est momenti, cum illud tantum affirmem, utramlibet esse a quadam Christianorum parte ad confirmandas suas opiniones immutatum. Fortitan etiam duplex illa *Ignatianarum epistolarum* recensio inuenitis huiusmodi studiis suam debet originem. Quid? si vtraque, quae nobis supereft, recensio dicatur paraphras esse epistolarum *Ignatii* genuinarum, plane deperditarum? Non desunt enim in vtraque interpolationum ac immutationum vestigia. A diuersis Christianorum sectis, quarum altera tamen multo audacior fuit altera, concinnatae videntur diuersae editiones.

ad Photii testimonium prouocat, et LEOIS verba, quae laudamus, intelligi vult de libris apocryphis, sub apostolorum nomine scriptis, quos a Manichaeis lectos fuisse satis constat. Sed dubito fore multos qui huic interpretationi, quae vim inferre videtur toti orationis seriei, calculum suum adiiciant. LEO enim ita ratiocinatur: quia diuinae pietatis magnum sacramentum omnibus sanctarum scripturarum testificationibus est nuntiatum, (ad 1 Tim. 3, 16. videtur alludere,) quia uniuersa eis obseruantur, et quia V. T. aequae ac nouum eorum errores confutat: ideo 1) V. T. respununt 2) N. T. violarunt 3) et apocryphos libros sibi confinxerunt. Etiam Beausobre in hist. crit. vol. I. p. 341. „Les Manichéens , ait, soutenoient , que les livres du N. T. avoient été altérés , mais ils ne les alteroient pas . „ Quodsi autem verum est, credidisse Manichaeos, Orthodoxorum codices fuisse viatiatos⁽¹⁴⁾, incredibile non est, curasse eos, ut corruptis libris medica manus adhibeatur. Quum vero documenta historica LEONE antiquiora, quantum ego sciam, asserri possint nulla, quae rem veri similem efficiant certam: lectori iudicium est relinquendum; qui tamen monendus est 1) ut orientales atque antiquiores Manichaeos probe distinguat ab occidentalibus et posterioribus. 2) Ut ne tantas existimet a Manichaeis factas Scripturae interpolations, quantis Marcion aliquie eam pervertisse dicuntur. 3) Ne ob criminis atrocitatem arbitretur esse illud incredibile. Certe ex orthodoxis etiam nonnulli libros sacros emendare, hoc est corrumpere, ausi sunt, iam primis post Christum seculis. Neque coniuncta est necessario et semper sacrarum litterarum talis corruptio cum animi impietate maloque consilio.

§. II.

De Scripturis diuinis, inquit LEO, non licet aliter sapere, quam b. apostoli et patres nostri didicerunt atque docuerunt. Ep. 82, 1. Quodsi vero penes traditionem arbitrium est et ius et nor-

(14) Dubitari de hac re nequif, si perpendantur Fausti professiones, quae leguntur apud Augustinum contra Faustum, passim, v. c. libr. 32.

norma Scripturam interpretandi, neque lectoribus proprius usus atque liberale exercitium ingenii conceditur, sed ista librorum sacrorum explanatio, quae superiorum temporum indoli bene conueniebat, nunquam non quasi sacrosancta reuerenter est retinenda: statuendum etiam erit, per eandem patrum παραδοσιν omnia Christianae religionis dogmata ita aeternis legibus esse definita, ut nobis, qui tempore sumus posteriores, nihil superfit, quam ut fideliter memoriae tradamus maiorum nostrorum de Deo rebusque diuinis pracepta. Vehementer placuisse LEONI eiusmodi domestica decreta, vel ex eo facile colligi potest, quod his assertionibus sedis Romanae auctoritas mirifice et confirmetur et augeatur (5). Nam si vera sunt, quae LEO affirmat, S. 4, 2, quod Romanam sedem ipse Apostolorum princeps fundauerit Petrus, et quod huic viro tale potentiae consortium a diuina dignatione concessum sit, ut quicquid cum eo cacteris Apostolis commune est, nunquam nisi per ipsum et cum ipsis participatione illis conferatur, multa autem ille acceperit solus (quae omnia nituntur factis recenti occidentalium traditione): dubitare profecto non licebit, quin illa traditio, quam

Ro-

(5) - Iam in aliotum, antiquiorum etiam, Patrum scriptis reperimus hanc traditionem venerationem. Ipse Origenes in praefat. librorum *de principiis*: Seruetur, inquit, ecclesiasticae praedicatio (a qua tamen distinguit ea, in quibus amatores sapientiae habere possunt, in que ingenii sui fructum ostendant,) per successionis ordinem ab apostolis tradita, et usque ad praefens in ecclesiis perinantes: illa sola credenda est veritas, quae in nullo ab ecclesiastica et apostolica discordat traditione. *Oper. Tom. I. p. 47.* Vide praeterea *Irenaeum contra haereses libr. 3. cap. 2. 3. 4.* cuius sententias de traditione collectas et moleste exaggeratas inuenies in edit. *Massueti dissert. praevia 3. artic. 3. pag. CXIII.* Conferendum etiam est Terullianus tum in libro *de corona c. 3. et 4.* in quo tamen magis de ritibus sacris, quam de ipsa doctrina christiana agit; tum in primis in libro *de praescriptionibus* passim, ubi non solum traditioni que sit per literas, sed et etiam patrocinatur, quae *viva*, ut aiunt, *voce* ad posteros propagatur. *conf. cap. 21.* Patet vero ex his aliisque scriptoribus, antiquiores etiam Patres non tantum in rebus que ad disciplinam ecclesiasticam pertinent, sed etiam in *causis fidei* ad traditionem (suorum doctorum) prouocasse; cum ipsa liberalis interpretationis, praecipue N. T., et christiana cognitionis alia adjumenta locum nondum haberent.

Romana ecclesia a suo conditore accepit, eo magis sit aliarum ecclesiarum παραδοσεῖς anteponenda⁽¹⁶⁾, quo magis caput ignorabiliis membris, et fons limpidissimus riuulis praefstat ex ipso de-

(16) Eximie Irenaeus adu. hacr. l. 3. c. 3. maxima et antiquissima et omnibus cognitae, a glorioissimi duobus apostolis Petro et Paulo Romae fundatae et constitutae ecclesiae, traditionem latitat. Ad hanc, ait, ecclesiam, propter potiorem principalem necesse est omnem conuenire ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndeque fideles, in qua semper ab his, qui sunt vndeque, conseruata est ea, quae est ab apostolis, traditio. p. 175. Coniecit S. V. PRAESES (vol. 2. polem. Baumgart. introduct. pag. 97.) ex hoc aliisque similibus locis, non Irenaeum illum Lugdunensem seculo secundo episcopum, sed alium seriore Romano episcopo addictum hominem, illorum librorum, qui sub Irenaei nomine seruntur, auctorem aut interpolatorem esse; quod nos quidem hoc loco in medio reloquimus. Sed convertemus tamen hand obseruationem in rem nostram. Nempe si Irenaeus talia iam carmina de romanae sedis praerogatiis proferat, Romani certe praesules ab illis non abhorruisse putandi sunt; sin vero libri isti ex impotenti in episcopum Rom. studio subornati aut interpolati sint, liquido apparet, quid sit quod Romani, et in primis LEO M. traditionis auctoritatem ita vehementer vrgeant. Hoc scilicet nomine quicquid ipsis habebat hominibus obtudere poterant. Quid? quod tota illa fabula de Petro, primo Romanorum episcopo, nullo nitatur, nisi traditionis fundamento. Vnum addimus, quod S. V. PRAESES conjecturae non nihil roboris addere videtur. Episcopi Mediolanenses LEONI scribunt: (epistola nobis 97, 2. 3.) inuenit s. eius epistolam ad Flauianum omnibus sensibus conuenientem, quos b. Ambrosius (mediolanensis) de incarnationis dominicae mysterio suis libris, Spiritu S. excitatus, inferuerit. „Quia (aient) omnia maiorum fidei, nobis antiquitus traditae, tota puritate conueniunt — placuit omnibus (in Synodo congregatis) vt eos qui impie de incarnatione sentiunt — suo etiam consensu, auctoritate veltrae (LEONIS) praecedente sententia, damnatione congrua persequerentur.“ Tantum abest, vt traditionem suam ad Romanorum trutinam pensaverint, vt potius celebrerrimam illam LEONIS epistolam ad paternae traditionis normam excusserint, illique non nisi praevio examine subscriptarint. Similiter etiam Galliarum episcopi Ep. 99, 2. in epistola ad Flauianum recognoscabant suae fidei sensum, et ita se tempore ex traditione paterna tenuisse, laetantur. Quae vero hic causa potest praetendi, quamobrem seriores hi gallicani episcopi non ita magnifice de Romanae ecclesiae traditione fenserint, quam ipsorum antecessor Irenaeus? praeferunt cum Sec. 2. multo minor esset Romanorum praesulum auctoritas, quam LEONIS M. aerata. Quid? quod ne suo quidem tempore hic Pontifex ausus sit examen suorum decretorum interdicere, sed gauisius sit, inuen-

deductis. Traditionis itaque nomen interponens, suae sedis laudes celebrat et auctoritatem. Sed audiamus ipsum, quid de traditionibus sentiat. Dogmatum probationes ex eis recte peti posse docet Ep. 130, 2. „Ne (Proterius alex. episc.) noua inferre et propria videatur adstruere, venerabilium Patrum, qui eidem ecclesiae praefuerunt, scripta relegantur — et quid de incarnatione Domini senserint recognoscant. — Hic docendi optimus modus est, ut paternorum sensuum lineae alexandrinae plebis et Cleri auribus innotescant., conf. Ep. 139, 4. His adde Ep. 129, 3. „Per omnia et in fidei regula et in obseruantia disciplinae, vetustatis norma seruetur. „ et Ep. 23, 2. „In corde nostro ea obseruantia, Deo inspirante, permanet, ne constitutiones venerabilium patrum diuinitus robورatae, et ad soliditatem fidei pertinentes, (17) prava cuiusquam interpretatione violentur. „ Denique Ep. 89. „catholicam fidem, instruente nos Spiritu Dei, PER sanctos Patres A. beatis apostolis didicimus., coll. Ep. 94. Monet porro, sacrilegium esse, si a traditionibus Patrum vel in exiguo aliquo deuietur, Ep. 157, 3. eumque impium esse haereticum, qui ab iis discreperet; Ep. 165, 10. in eadem enim, quae ab omnibus tenetur, credulitate persistendum, Ep. 27. nullam autem penitus disputationem cuiusquam retractationis esse admittendam. Ep. 94. Quia vero Eutychiani LEONIS praedicationem a doctrina atque intelligentia patrum deuiare iactabant, Ep. 109, 3. nihil ei magis curae cordique fuit, quam ut suspicionem istam a se amoueret, ostenderetque, se nihil aliud praedicare, quam quod SS. Patres toto orbe docuerint. Ep. 165, 10. 115, 1. 131, 1. Hoc ut omnibus eo certius persuaderet, collegit ea testimonia Patrum, quae a non-

uentos esse qui de suis iudiciis *ambigant*, ne aliarum sedium consensus afferentatio videatur, aut alia quelibet subrepere possit aduersa *suspicio*. (iam aderant itaque suspicione.) Sic summorum docet seruandam esse auctoritatem, ut in nullo inferiorum putetur immunita *libertas*. Ep. 120, 1. coll. 117, 3.

(17) Αἱ δικτυπωσεῖς τῶν προσκυνήτων πατέρων, αἱ θεοφεν τὴν ἴσχυν ἔχουσαι, καὶ εἰς τὴν τελειοτητὰ τῆς πίστεως μημονοῦσαι.

nonnullis epistolae 28 ad Flauianum, ab aliis vero epistolae 165 ad Leonem Imp. subiiciuntur.

Haec quae ex LEONE de ista causa excerpti, sufficere possunt ad mentem ipsius perspiciem. Plenius autem ista refutare, nec consilium meum permittit, nec libelli modus. Adam potius alias quasdam obseruationes de toto isto quod iam tractamus argum.

§. 12.

Quemadmodum supra §. 9. non 'omnes 'apocryphorum Iibrorum narrationes confictas esse ostendi, sic etiam non omnia decreta, quae apostolicarum traditionum nomine venditabantur, falsa et serius conficta mihi videntur. Datur traditio vere apostolica, quae ex illis apostolorum collocutionibus, quas coram instituerunt, suam duxit originem. Nam primi isti religionis christianaee administri aut nulla vñquam verba fecisse ad populum, nullaque cum familiaribus et discipulis suis instituisse dicendi sunt colloquia, praeter ea, quae in Actibus Apostolorum et eorum epistolis leguntur: aut profecto illud concedi debet, quod Apostoli in sermonibus et quotidianis et publicis multa vberius exposuerint, quae quasi primoribus tantum labris in scriptis suis attigerant. Quis vero dubitet, quin tantorum virorum discipuli haec, quae a magistris acceperant, memoria saepe repeterint, et ad alios propagauerint, praeferit cum ipsis etiam crebros de religione christiana sermones habere, doctrinamque apostolicam plenus exponere deberent, vbi nihil eos poterat magis commendare, quam magistrorum mentio saepius iniecta. (18) Quae cum ita sint, negari non potest, mulcas.

(18) Pluribus posset exemplis confirmari, Patres, catholicos etiam, saepe provocasse ad apostolorum et Christi ipsius sententias ἀγαθούς, de quarum indeo, utrum genuinae sint nec ne, difficile interdum nunc est iudicium. Etsi vero fabulae nonnunquam nobis obtrudantur, quorsum v. c. narrationem Irenaei L. 5. C. 33. de millenario Christi in terris regno, resero; nihil tamen obstat, quo minus verae ad posteros eodem modo propagatae

tas olim perulgatas fuisse apostolorum veras sententias, quas viri diuinatus inspirati, cum ad aeternam beatitudinem consequendam scitu omnes necessariae non essent, nunquam litteris mandauerunt. Haecce carmina vel ad ecclesiasticam disciplinam pertinabant vel ad fidem et christianaem doctrinam modum. (19) De illis cer-

D 2

tum

pagatae sint istorum virorum sententiae, cum dubitari nequeat, multa ab iis et dicta et facta esse, quae litteris non sunt mandata. Extant in *Grabii* spicil. patr. Sec. I. pag. 12. et in *Fabricii* codice apocr. N. T. tom. I. pag. 321. multa Christi dicta σγερφη, ex codicibus nonnullis N. T. et ex antiquissimorum Patrum scriptis collecta, quae nemo facile omnia reiicit. Sed quid multa? Paulus, qui Christum in terris ne ipse quidem audierat, usus est Act. 20, 35. sententia Salvatoris, quam nullus habet euangelistarum. Et Iohannes cap. 21, 25. tesslatur, multa alia, praeter ea quae ipse scriperit, fecisse (cur non etiam dixisse?) Christum. Nihil igitur ex falsis quibusdam traditionibus colligi potest, praeter hoc, quod circumspetione opus sit et examine, antequam eiusmodi carmina pro veris et genuinis habeantur. Quamobrem non magis mihi obici possunt, quam illa, de qua mox agam, traditionum contrarietas, qua factum est, ut ab utrisque saepe partibus in causa sua patrocinium allegata sint apostolorum decreta non scripta.

(19) Addi solet traditio exegetica, ex maiorum placitis de locorum Scripturae S. difficultiorum interpretatione praecipiens. Sed nobis non veri simile videtur, ipsos apostolos tales iam praeuiisse exegetes, cum et ordinariorum doctorum hoc potius esset munus, et euangelica atque apostolica scripta eo tempore in nullorum fere manibus essent, quam quibus ab auctoribus primitus destinata fuerant; his autem hominibus, omnium circumstantiarum gnaris, vix difficilis esse potuerit eorum explicatio. Si vel maxime querundam Scripturas S. locorum aliqua exppositio, ab apostolis coram instituta, ad posteros sit transmissa, ea tora ad Vetus Testamentum pertinet. Quo vero consilio ad V. T. testimonia pronoucaverint interdum Christus et apostoli, e noui Test. libris patet. Operam dabant Iudeis, quos adhibitis V. T. auctoritatibus ad meliorem religionem, quam primis lineis in hebraicis iam libris designatam esse ostendebant, manu quasi ducebant. Noui test. libros interpretari presbyterorum potissimum erat, qui pro varia et ingenii et consilii ratione, variae, interdum satis ineptae, exegetos auctores erant, donec catholicci, Conciliorum aduersus haereticos celebratorum atque symbolorum ibi conditorum occasione, arctiorem inirent societatem. Cum in his Conciliis, a quibus ne Spiritum S. quidem abesse iactitabant, multa Scripturae loca communis consensu aduersariis opponerentur, eodem-

que

tum est, ea non ubique eadem fuisse, quia pro varia hominum locorumque conditione, variam apostoli cultus externi formam obseruandam praeceperunt; vnde antiquissimis iam temporibus diuersa in ecclesiis erat disciplinae ratio. De his autem, quae ad fidem pertinent, maior esse videtur difficultas. Nam multis vix placere me puto, si diuersitatis, quae inde a primis seculis in his etiam rebus obseruatur, causam in varietate quadam traditionis apostolicae verae, (de hac enim loquor) adeoque in diuersis quodammodo apostolorum sententiis effatisque quaerendam esse dicam. Quamuis enim neque semper theopneustiae dono gauisi sint apostoli, neque per illud auferatur ea, quae in omni natura finita necessario ponenda est, varietas, qua ut quisque acriori subactiorique ingenio est, ita caeteros minus exercitatos et percipiendi celeritate, et iudicandi soliditate, et ratiocinandi subtilitate antecellit: timeo tamen, vt desint omnino, qui omnem sic inspirationis diuinae auctoritatem infringi clament. Aliam insistam viam, qua ostendam, quomodo traditiones vere apostolicae potuerint tantae opinionum varietati ansam praebere; vt v. c. iudaizantes Christiani ad Petri auctoritatem continuo prouocarent; gnosti vero his Pauli doctrinam opponerent: utrique vero suam opinandi rationem apostoli alicuius exemplo comprobari putarent.

Certum est, eos qui primi christianaee religioni se addixerunt, homines fuisse adultos, innumeris imbutos opinionibus atque erroribus, quae vel ex veteris religionis consuetudine, vel

ex

que tempore maiorum sedium, in primis Romanae, accresceret dignitas, factum est, vt sequenti tempore plerique sere in eadem concinerent dicti alicius explicatione, a Patribus accepta posterisque tradenda, ob eximiam tamen linguarum ignorantiam aliquantum semper in peius mutata. Sed illud merito optimus quisque miretur, vel post litterarum instaurationem non desuisse homines, qui licet alta voce contra traditionis auctoritatem declarare soleant, nonnullas tamen interpretationes, praeter antiquitatem simul SS. Patrum ignorantiam spirantes, fideliter retinuerint. Illud sane extra dubitationis alcum possum est, omnem istam παραδοσιν exegeticam nec certum habere auctorem nec modum,

ex philosophandi exercitatione, vel ex toto viuenti genere altius mentibus inhaerebant, quam ut penitus ex illis potuerint euelli. Hinc semper aliquid religione christiana omni, hinc etiam non parum traditionibus apostolorum admisum est. Cum vero hoc quod addebatur non haberet stabilem atque certam aliquam rationem, necessario etiam ipsarum traditionum interpretationes, quae ad énoscendas istas accommodabantur, a se inuicem disreparant. Accedebat, quod Apostoli ubique locorum non ipsis adesse potuerint, et quod haud contempnendus ecclesiarum numerus traditiones non nisi interuentu multarum aliarum ecclesiarum, quarum unaquaeque ex sua cogitandi consuetudine aliquid intulerat, acceperit. Hinc istorum praecipue urbium traditionibus, tanquam omnium minime interpolatis, maximus habebatur hohor, quarum sedes episcopales ab ipsis apostolis erant fundatae. Iam si illud addas, quod nonnulli doctores, etiam ex iis, quos Catholicos fuisse omnes agnoscunt, propria quaedam securi sint studia atque instituta, cum v. c. alii Iudeis e V. T. alii gentilibus e philosophorum scriptis, alii denique haereticis ex traditione paterna se opposuerint; (20) Si addas, quod episcopi aemula contentione de sedium suarum dignitate concertarint et traditionibus ecclesiarum suarum ad praerogatiwas varias obtinendas abusi sint; quod praeterea ecclesiae nondum arctiori communionis quasi necessariae vinculo iunctae fuerint; et quod denique primis ipsis temporibus, cum pluri-mae ecclesiae vix unum aut alterum noui Test. librum habent, ad institutionem oralem maxime recurrere debuerint: facile videbis, unde inter ipsis etiam Catholicos ortae sint istae traditionum immitationes. De haereticis enim sermo nobis non est. Cum itaque ne catholicae quidem ecclesiae stabilis sit atque firma traditio, et tam variae immitationum causae extinerint;

D 3

terint;

(20) Gregorius Nyssenus in λογικων πατηματων in praef. edit. lat. Frontonis Ducæi Parisiis 1605, pag. 411, aperte profitetur, alium διδασκαλιδες τροπου conuenire Iudeis, alium graecis, alium Aethiopis, Manichaeis &c. omnibus tribuere aliquid debere sapientem doctorem. Praedclare haec dicta sunt, et exemplo, quod apostoli praecluerunt, conuenienter.

terint; neque argumentis exceptione maioribus possit probari, villam esse ecclesiam, quae acceptam ab ipsis apostolis traditionem incontaminatam seruauerit: nulla plane potest esse vniuersitatem istius παραδοσεως ad nos auctoritas.

§. 13.

Hoc autem non obstar, quominus affirmare ausim, vix illa re, externum ecclesiasticae societatis vinculum validius contineri, quam traditionis cuiusdam genere. Nam de eo non dubitari potest, quin opus sit ad populum, ex doctoris ore per dente, certa quadam publicae doctrinae forma, quae si cuiuslibet doctoris arbitrio subiacere permittatur, neque certo sit definita atque praecripta, numquam homines, statim ut nunc sunt, in societatem aliquam se cogi patientur. Quamuis itaque neque exercitatores vetentur liberae conscientiae iure ut in cogitandis rerum christianarum λογοις iisque connectendis, neque doctores publici cogi possint, ut per omnia secula vnam atque eandem omnes sententiam, iisdem verbis concipiendam iisdemque argumentis semper confirmandam, consecrent: illud tamen vel ex historia christiana certum est, maiorem istum coetum, si uno eodemque tempore varius sit publicus doctrinae modus, statim in plures partes minores secedere, generaliori vinculo sublatu. Ad has itaque discordias vitandas non minus quam ad dissentientes haereticosque dignoscendos et a docendi muneri arcendos, opus est quasi trutina quadam, ad quam non modo examinentur ii, qui sacro coetui praeficiuntur, ne doctoris prouinciam nanciscantur inquieti homines, qui a publice receptis opinionibus abhorrentes facile turbas ciere possint; sed ad quam etiam ipsi sacrarum rerum publici adiutores ea expendere debeat, quae plebi proponunt, ne vel ipsi imprudentes discordiarum semina spargant. Sed scriptura S., dicis, sola est fidei regula. Audio. Certe nihil licet quicquam credere, quod cum ea non consentiat, nec docere quod ab ea discrepet, cum quicquid de Deo rebusque diuinis statuendum est, id omne vel ex ipsa totum hauriri, vel ad eius normam curate debeat examinari. Sed prior recurrat difficultas. Haeretici aequaque

que ac doctrinae purioris assertores, ad Scripturae S. decretorum prouocant; et cum scriptura, quamquam in exponentibus rebus ad salutem cognitum necessariis sat plana omnibus sit atque perspicua, passim tamen aut secum ipsa dissentire, aut plures sensus admittere videatur, nec semper liqueat, quis tamquam unice verus sit amplectendus: utrique suam sententiam vel plane e Scriptura S. sumtam, vel cum ea consentientem esse contendunt. Ad eos itaque quos constitui fines (externos,) necessaria est, ut dixi, norma aliqua doctrinae publicae. Iam, ut ad id quod volumus, veniamus, haec norma apud veteres christianos erat traditio, ⁽²¹⁾ non quidem ea tantum, quae verbo propagatur, sed etiam quae a patribus litteris iam erat consignata; quorum scriptis, additis conciliorum decretis, potissimum vtebantur, quando demonstrare volebant, se esse catholicos. Hinc LEO Noster (qui alias saepe prouocat tantum ad legis doctrinam, propheticas voces, euangelicas auctoritates et apostolicas litteras ep. 15, 12. 28, 1. etc.) quum primum falsae doctrinae, Nestorianismi in primis, argueretur, statim ad patrum suffragia sibi recurrentem esse putauit, ut ipsorum testimoniis ostenderet, catholicis se esse adnumerandum; illos autem qui secus sentiant a communione ecclesiae esse excludendos. Nec aliter sane agere potuit, cum haeretici suas sententias verbis e Scriptura S. defuntis aequo exprimerent, atque purioris doctrinae vindices. Ad traditiones Patrum necessario erat recurrentum.

SECTIO III.

COMPLEXA DOCTRINAM
DE CHRISTO.

§. 14.

Progredimur ad grauissimam difficultiamque doctrinae reuelatae partem, nimirum ad articulum de mediatore inter Deum

⁽²¹⁾ Conferendum de hac re omnino est Tertullianus de praescript. haeret. cap. 15, seqq.

Deum hominesque, Christo. Cum vero in nullo fidei christiana capite explicando confirmandoue magis elaborauerit LEO, quam in hoc, quo totius religionis nostrae fundamenta continentur; neque illa fuerit illius temporis haereticorum, in hac doctrinae salutaris parte a veritate recedentium, secta, quam magnus noster Pontifex masculine non impugnauerit: facile quilibet intelligit, libelli academici modum me esse transgressum, si omnia quae de Christo e LEONIS scriptis colligi possent, plena enumeratione exhibere et verbosiori explicatione persequi vellem. Dabo tamen pro virium mearum mediocritate operam, ut missis plerisque notioribus et auctori nostro communibus cum omnibus puriora diuinarum litterarum dogmata sequentibus nihil praeterem corum, quae aut rariora sunt et a nostrae aetatis opinionibus aliquantum discrepant, aut nonnulli sicut facere possunt ad historiam huius doctrinae plenius cognoscendam, ad facilius rediisque diuidicandas de hac causa controversias, et ad promouendam liberalem eruditionis theologicae indolem. Illud autem in limine statim monendum esse censeo, plerasque auctoris nostri sententias de Christo oppositas esse erroribus Eutychianorum, nonnullas etiam Nestorianorum placitis. Operae itaque pretium erit, curatius inquirere, quamnam potissimum in re a veritate defletere existimauerit LEO vtriusque haereseos coryphaeos. Sic enim facili negotio quilibet perspiciet, vtri haereticorum sectae opposita sunt singula scriptoris nostri decreta,

§. 15.

Quod itaque ad Nestorium attinet, culparur ille a LEONE, quod Mariam hominis tantummodo ausus sit praedicare genitricem, et in conceptione eius et partu (si ad Mariam matrem concipiendi et pariendi resertur ministerium,) nullam Verbi et carnis factam unitiōnē (ένωσις) crediderit: (22) Quia filius Dei non ipse

(22) Nestorius abhorruit omnino a plerisque, quos LEO ei obiecit erroribus. Sic Mariam non hominis tantummodo genitricem, sed Emmanuelis matrem in anathematismo I. Harduin, collect. Conc. tom. I. p. 1298. et Chrysipp. ram,

ipse factus sit hominis filius, sed creato homini sola se dignatione
sociauerit. l. 28, s. Accusatur porro ep. 30, 1. quod dominum
Iesum Christum de matre virgine hominem solum afferuerit na-
tum (23), et deitatem verbi ab assumti (per verbum) hominis sub-
stantia separauerit; ep. 35, 1. (24) et quod denique docuerit, Ma-
riam sine Deitate concepisse hominem, qui creatus a spiritu s.
postea (25) fit suscepitus a verbo, ep. 59, s. duabus scilicet personis
distinctis atque diuisis, (26) ut non esset filius hominis qui filius

Dei

ram, Harduin, p. 1411. nuncupat. Quia aliqui sanctam virginem Θεο-
τουν tantummodo nominabant, alii ἀνθρωπονον, ideo, dicit p. 1332,
se vocasse eam χριστονον, vt hoc nomen vrrumque manifeste significa-
ret; concessisse etiam se testatur, vt pie genitrix Dei nominaretur, pro-
pter unitonis rationem, quae facta est ex ipso vocum angelii principio, quae
de conceptione locutus est. Quin manifeste p. 1334. declarat, sanctam vir-
ginem esse Dei genitricem, ideo quia illud templum, quod in ea ex Spi-
rito S. creatum est, Deitati erat unitum, conf. p. 1552. De unitione au-
tem confitetur p. 1282. esse filii deitatis corpus templum, et templum se-
cundum summam et divinam unitum coniunctionem, (πατ-
έσσαρον την καὶ θεαν ἡμαρτεν τυναφειαν.) Confer. quae p. 1333. de
unitione ineffabili duarum naturarum in vtero virginali dicuntur.

(23) Concedit Nestorius p. 1411. Deum Verbum (id est reduplicative Chri-
stum quatenus Deus est) ex Christipara virgine processisse (προελθειν);
Monet tamen Scripturam nusquam affirmare, Deum esse ex virginе geni-
tum; semper eam praedicare hoc de Iesu Christo, filio, Domino. Aliud
enim, inquit, est simile esse cum nato et aliud nasci. Si cum his conser-
tur quae Cyrillus ipse scribit in epist. Synod. ad Nestor.: „in ipso vtero cum
carnе vnitus (filii Dei, Deus) generationem carnalem sustinuisse dicitur,
„carnis suae nativitatem tanquam propriam sibi faciens; „apparet, parum
absuisse Nestorium a Grilli sententia.

(24) Si quis, ait Nestorius, p. 1299. non secundum coniunctionem unum di-
xerit Christum — anathema sit. Statuit vero συναφειαν sine coniunc-
tionem indiuersam non secundum naturas (Φυσικην) sed secundum digni-
tatem filiationis; quoniam illi vnitus est, qui in principio filius erat, p. 1414.

(25) Sed conf. quae diximus not. 22.

(26) Fatetur Nestorius p. 1279. impossibilem et passibilem substantiam εν μο-
ναδιω πεστωπω, itemque naturarum εις ενος προσωπες συναφειαν.

Dei (27), neque unus Christus in utraque natura (28), sed alter sempiternus ex Patre, alter temporalis ex Matre. ep. 102, 3.

§. 16.

Haec sufficere possunt de Nestorio; accedamus ad oppositam Eutychianorum haeresin, de qua plura sunt notanda.

I. Momentum huius controversiae maximum esse creditit LEO, nec porticunculam aliquam fidei nostrae, quae minus lucide sit clara, pulsari, sed id quod dominus in ecclesia sua neminem voluit ignorare (29), impugnari, ep. 30, 2. ipsaque religionis christianae fundamenta conuelli putauit per hanc haeresin, ep. 60. religionis christiana inimicissimam, ep. 95, 8. et symbolo apostolico repugnantem; serm. 96, 1. cui, qui addicti sint, christiano nomine proflus indigni sunt ep. 124, 1 et 8. Cum enim negata carnis in Christo humanae physica veritate, (cuius impietatis accusabatur Eutyches) negetur etiam corporea passio; ep. 28, 5. vacuari per hanc haeresin existimat salutis nostrae singulare sacramentum, et totum quod credimus in vanitatem ei mendacium per eam conuersti putabat. ep. 88, 2. Perperam pleraque haec a LEO dicuntur. Certe eae, quas Eutyches vere defendit, opiniones, nec christianae religioni nec symbolo apostolico tam aperte et omnino repugnant, ut Eutyches sciens et volens symbolo contradixerit.

II. Docet LEO non fuisse Eutychem huius haereses auctorem errorisque inuentorem, sed olim a patribus in praecedentibus

ha-

(27) Nestorius p. 1414. aperte negat se duos filios inducere, et p. 1334. Deum et hominem unum filium confitetur.

(28) Nestorius anathemat. 3. eos anathemat ferit, qui non secundum coniunctionem unum Christum dicunt, aut ex utraque substantia unam filii coniunctionem negant.

(29) Non mirum est sic locutum esse hominem, qui sibi persuadebat, plurimos gravissimos errores in verbis latere Eutychis. Haud paulo tamen re-
stius, huius rei pondus aësumat Marianus imp. in epist. ad Archimandritas et Monachos habitantes in Aelia. Harduin. I. c. tom. 2, p. 670. „Vobis
„harum rerum (doctrinae de dualibus naturis). examinationem facere non cogi-
„git, qui την είπε τάσις λαντοτύπω intelligere nequitis. //

haereticis eam, cui Eutyches subscriptis, sententiam, damnatam iam esse arque destruētam ep. 79, i. 88, 2. Innuit quidem LEO eos potissimum aut Manichaeorum aut Apollinaristarum errores, quos in dictis Eutychis latentes reprehendisse sibi visus est: verum etiam de quibusdam sententiis, quibus reuera et aperte visus est celebris iste archimandrita, praelestrem de eo ipsius effato, quo post ἐνταξιῶν duas in Christo naturas esse negavit, recte dici potest, non esse eas nouas aut antea inauditas phrases. Eiusmodi a nonnullis antiquioribus doctoribus christianis usurpatae sunt elocutiones, ut ab Eutychianorum decretis non longe abesse et ipsi videantur. Neque id a solis factum est haereticis, sed ab iis quoque, quos orthodoxos a doctrinae puritate nominare solent. Eutyches ipse doctrinae suae patronos laudat Iulium, Felicem, Athanasiū et Gregorium ep. 21, i. Adnotant ad hunc locum Ballerini, Acephalos (Seuerianos) in collatione Constantinopoli habita anno 533. eorumdem patrum, Iulii, Felicis, episcoporum Romanorum, Athanasiū, Cyrilli, Gregorii Thaumaturgi ac Dionysii Areopagitae testimonia, veluti Eutychianae sententiae fauientia oppoluisse, sed ea pleraque ab Apollinaristis olim conficta esse, catholicos respondisse. vid. Hard. tom. 2. p. 1159. Certe contra Iulii testimonium, quod Eutychis epistolae ad LEONEM M. subiectum legitur, dudum a viris doctis tam valida prolatā sunt argumenta, ut omnes fere in eo nunc concinuant eruditī, Iulii tantum nomen adscriptum esse fragmento, quod Apolinarem auctorem habet. Sed dubiis in hac causa testimonii non opus est. Nam ab omnibus, qui non plane hospites sunt in historia dogmatum, nec totos se praecconceptis opinionibus regendos permittunt, facile imperrabimus, ut nobis concedant: ante Nestorianas atque Eutychianas controuersias, dogma de duarum naturarum in Christo vniōne nondum fuisse tam accurate atque definite explicatum, quam post istas lites motas. Antea enim, cum suo tempori et suis hominibus inseruirent doctores, tot de ea re ἔννοιας et phrases neque necessariae erant neque existebant, quam sequentibus temporibus; eas autem, quibus adfueri erant religionis ministri, libere coniungebant. Licet enim in eo

omnes conuenient catholici, quod vnuſ Iesuſ Christuſ ſimil hominiſ fit et Dei filiuſ, nulla tamen lege eccleſiaſtica diſertiſ verbiſ conſtitutuſ erat, quid de vnuſionis duarum naturarum ratione et modo credendum fit. Accidi itaque in hac ſentiendi libertate, vt nonnulli Patreſ eaſdem fere ſequereſtur ideaſ aut certe, ne nimis videamur diſſiciles, eaſdem formulaſ, quaſ poſtea praeceteri elegit atque defendit Eutyches. Ne temere hoc affirmare videar, prouoco, quia ſpatiuſ mihi non permiſſit plura colligere, ad ea quaē PRAESES GRAVISSIMVS adnotauit ex Gregorii Nyſſeni scriptiſ in Introduct. in Pol. Baumg. vol. III. p. 209. seqq. et 236. 237. Non ignoro, poſſe ex antiqiuorum patrum scriptiſ colligi locutioneſ, quaē catholicoruſ dogmata conſirmare viidentur: fateor etiam ingenue, eosdem patreſ, qui minus accurate aut orthodoxe interdum loquuntur, aliis in lociſ propius ad orthodoxam accedere doctriṇam: ſed ex iſpa hac auctoṛum incoſtantia concluſo, iſtiſ temporib⁹ nihil certi de hiſ rebus fuīſſe definituſ. Parum profecto accurate rem mente conceperant iī, qui eam verbiſ expreſſerunt tam variis atque diuerſiſ, vt fere vix diuinando, quid ſibi voluerint, ſagaciſſimuſ quiske interpres aſſequi poſſit (30). Euenit quidem hiſ ſcriptionib⁹ idem, quod ſacris litteriſ contingere ſolet, vt multi lectoriſ proprias ſua ſententię in eis et quaerant et inueniant. Sed inueniuta ſunt iſta ſtudia. Omnis enim interpretationeſ historica eſſe debet.

§. 17.

III. Ea eſt Pontiſex noſter animi moderatione, vt miſerum iſtuſ ſeptuagenariuſ ſenem non tam ex verſutia aut veritatiſ odio, quam ex imperitia incauteque ſimplicitate erraſſe pronuncięt, ep. 30, 1. 31, 1. 32, 2, quam ob rem veniam ei concedendaſt, communioneſ ſui ordinis illi reformandaſ eſſe decernit, modo orniā, quaē male ſenferat, viua voce et ſubſcriptione damaſcane non recuſet. Ep. 30, 2. Attamen illud vitio ei vertit, ep. 28, 1.

(30) De variis interpretandae ſcripturae, cum de Chriſto loquitur, hypotheſib⁹, ampliſſimuſ ſuperiſt requirendi locus; quaſdam quaſi lineaſ praeciuſ S. V. PRAESES in apparaṭu ad N. T. interpretatione pag. 13 ſeqq.

28, 1. quod sapientioribus doctioribusque (episcopis scilicet) non cesse-
rit (presbyter et monachus) ⁽³¹⁾. Verum enim vero in synodo
Constantinop. cesserat aliis. Ibi enim concilii sententiam am-
pletebitur his verbis: „Quia vestra sanctitas hoc dicit, dico —
„Vsque ad hanc horam metuebam dicere — quoniam autem
„vestra Sanctitas permittit et docet, dico — et sequor patres.
„Neque autem inueni manifeste hoc explanatum, neque omnes
„patres dixerunt. „ Hard. coll. conc. T. 2. p. 163. 166. Et ab
ipso LEONE laudatur ep. 23, 2. quod paratus sit ad corrigendum,
si quid in se inuentum fuerit, quod reprehensione sit dignum.

IV. Neque praetermitri debet id, quod in omniis fere
controversiis theologicis similiter obseruare licet, multas Eutychi
erroneas tribui sententias, quae nonnisi ratiocinationum,
interdum longius repetitarum adminiculo, ex verbis eius vix-
cogi possunt. Quod ut patescat non inutile quidem esset prae-
cipuas formulas ex partibus ipsis quae ad nos venerunt decretis
dictisque colligere; sed ne nimis multus sim in hac re, missis
istis ⁽³²⁾

V. Eam in medium proferam errorum Eutychis recensionem,
quam in binis suis ad LEONEM litteris suppeditat Flavianus ep.
22. et 26. Sic autem ille: „Eutyches — antiquam impi Valen-
tini et Apollinaris reparat sectam — dicens: dominum nostrum
I.C. non oportere confiteri de (*en*) duabus naturis post humanam
fusceptionem. „ Haec parum accurate dicta in altera epist. 26.

E 3

sic

⁽³¹⁾ Sine dubio etiam illud LEONI admodum displacevit, quod Eutyches in
Synodo Constantinop. declarauerat, solas se scripturas scrutari, tanquam
firmiores atque meliores sanctorum patrum expositionibus. Hard. II. 142.
et 186.

⁽³²⁾ Specimini loco ex professione fidei quam Eutyches adiunxit epistola 21.
ad LEONEM, (in qua, Deum teltem inuocans, multis atque granissimis
verbis queritur de insidiis et *faktionibus* aduersariorum, perniciem sibi ma-
chinantium, adeo, ut etiam de vita periclitetur) vnum exscribam locum:
„ipse, inquit, qui est verbum Dei, descendit de coelo sine carne, et factus
est caro in utero sanctae virginis ex ipsa carne virginis, incommutabiliter et
incomutabiliter, sicut ipse nouit et voluit. Et factus est, qui est semper
Deus perfectus ante secula, idem et homo perfectus. „ Nihil poterat di-
si rectius, si verborum iactantia sedulitatem non amamus.

sic exprimuntur: „Ante incarnationem quidem saluatoris nostri duas naturas esse, μετα δε την ἐνωσιν, μιαν Φυσιν γεγονεναι. Verum omnino est, dixisse Eutychen, ἐν δυο Φυσεσιν γεγενηθει τον κυριον ήμων προ της ἐνωσεως, μετα δε την ἐνωσιν μιαν Φυσιν confessum eum esse. Harduin. l. c. tom. 2. p. 165. Alio etiam loco, p. 142. statuit, post incarnationem esse unam naturam, eamque Dei incarnati et inhumanati. Sed dixerat simili modo Cyrius, non oportere intelligere duas naturas, sed unam Dei Verbi incarnatam, idque testimonio Athanasi confirmauerat. p. 127. Ad hunc Cyrius ut et ad Athanasium atque Gregorium eiusdem sententiae adsertores, prouocat etiam Dioscorus, in conc. chalc. et palam testatur se cum patribus eiici, quorum dogmata defendat. In libris se habere affirmat eorum testimonia p. 131. Ipse etiam Flavianus in exemplo fidei p. 7. profitetur quidem Christum post incarnationem εν δυο Φυσεσιν, εν μιᾳ υποσασει (una substantia: sed in collatione catholicorum cum Seuerianis p. 116. legitur: in una substantia) καη εν εν προσωπῳ ενος χριστῳ, eosque damnat qui δυο υποσασεις aut δυο προσωπα annunciant; sed addit: unam Dei Verbi Φυσιν, incarnatam tamen et inhumanatam, dicere non negamus, eo quod ex ambabus vnum atque idem sit dominus. Dioscorus cum Aegyptiis aliisque Eutychis sequacibus, ita statuit μιαν Φυσιν, ut physica vno, quam Nestorius impugnauerat, omni conatu defenderetur, et δυο υποσασεις negarentur. Nam υποσασιν multi eo tempore non distinxisse videntur a Φυσει. In Ephesina ληπτη Seleucus Amasiae Hellenoponti episc. anathematizat, τας εις δυο Φυσεις, η δυο υποσασεις, η δυο προσωπα μετα την ἐνωσιν διαφευγει τον κυριον. Hard. tom. 2. p. 216. Plane eadem paulo ante dixerat Basilios ep. Seleuciae Isauriae. p. 213. Rechte itaque dici potest, eum praesertim fuisse Aegyptiorum errorem, quod ενεργεναι non tribuerint humanae naturae propriam, sed omnem agendi vim in diuina natura, quam ideo solam Φυσεως nomine insignire solebant, positam esse arbitrati sint. Vtrum vero ipsius etiam Eutychis eadem fuerit mens idemque consilium, dum μιαν Φυσιν Dei incarnati asserteret, id quamvis veri speciem habeat, vix tamen poterit satis ruto defini. Haec vero de vna ενεργεναι hypothesis ab omnibus etiam

iis defendi debuit, qui τὸν λόγον animae rationalis locum in Christo obtinuisse arbitrati sunt, qua opinione inde ab antiquissimis temporibus permulti ducebantur patres. conf. S. V. PRAESIDIS introduct. ad Baumg. Polem. tom. II. p. 118.

Pergit Flavianus ep. 26. in recensione errorum Eutychis: „Quod ex Maria ortum est corpus domini non esse nostrae substantiae neque humanae materiae (αὐθεωπεις Φυσικατος); sed humanum (αὐθεωπειον) quidem — non tamen consubstantiale nobis, nec ei, quae illum peperit secundum carnem (33). Eadem ep. 22. sic explicantur: „— neque carnem Domini consubstantialem nobis esse, tanquam ex nobis assuntam, et vnitam Deo verbo secundum subsistentiam (καὶ ὑποστασιν); — virginem quidem, quae eum peperit, secundum carnem consubstantialem nobis esse, ipsum autem Dominum non sumisse ex ea carnem nobis consubstantialem; sed Domini corpus non esse quidem corpus hominis (σώμα αὐθεωπειον), humanum autem (αὐθεωπειον) corpus (esse), quod ex virginе est.”

VI. Rationem cur haec tenus non dixerit *corpus Domini et Dei nostri consubstantiale esse nobis*, hanc affert ipse Eutyches: „quoniam ipsum, corpus Dei confiteor. Non dixi corpus hominis corpus Dei: humanum autem corpus est, quoniam ex ipsa virginе incarnatus est Dominus. Si autem oportet ut dicatur ex virgine et consubstantiale nobis, et hoc dico.” Hard. Tom. 2. p. 166. Quum præterea Eutyches Christum nominet perfetum hominem, incommutabiliter et inconuertibiliter factum ex ipsa carne virginis, quae nobis consubstantialis est: nihil aliud videtur dicere voluisse, quam quod Dominus non merus sit homo, neque corpus eius vere humanum et ex matre sumrum, sit corpus vulgare meri hominis et τὰ τυχόντα, sed θεα-θρῶν (34). Cui videtur addendum esse hoc, quod humanitas

Christi

(33) Sed in Synodo Constantinop. anno 449. habita, iuramento confirmare spondet Iohannes presbyter, Eutychen dixisse: Consubstantiale quidem Dominum esse matri, sed non habere eum consubstantiale nobis carnem. Hard. Tom. 2. p. 190.

(34) Cum concessisset patribus Constantinopoli congregatis, Christum nobis esse

Christi habuerit neque propriam hypostasin sive substantiam neque ἐνεργειαν, adeoque nec propriam φυσην. Σαρξ enim existit εν τη φυσει τω λογε, qui caro factus est, id est, ex Eutychis mente, qui carnem in suam φυσιν (ὑποστασις dicenda erat ex catholicorum sententia) recepit. Hinc etiam intelligitur, quid sit quod Eutychiani Christum concedant esse εκ δυο φυσεων, negent εν δυο φυσεσι. Si haec est vera Eutychis sententia, patebit postea, admodum iniquum fuisse LEONEM in erroribus aduersario suo adfingendis, a quibus hic aberat longissime; eundemque ubique fere contra Iarvas pugnasse.

§. 18.

VII. Caeteri quidem haeretici plerique errauerunt ex arrogancia et nimia de se suaque perspicacia praesumptione, aut ex animi leuitate linguaeue securitate, ad quam postea pertinacia plerumque accessit: Sed Eutyches, si errasse dicendus est, ex immodica verecundia, nimiaque ancipitum locutionum fuga, et exorbitanti Nestorianismi speciem vitandi studio, in errorem incidisse videtur. Profitetur ipse, se non audere de natura tractare Dei Verbi, aut adimere vel addere verbum contra fidem Nicanam, ep. 21, 1. Alia flexibilis atque obsequantis animi documenta iam proposuimus. Quid? quod hanc ob rem maxime in Synodo Constanti. ενδημαρτη anno 448. damnatus sit, quia noluit anathema dicere iis, qui contraria sentiunt. Hanc veram fuisse causam, cur damnationis sententia aduersus Eutychem lata sit, Constantinus diac. in concil. quod Constantiopolis anno 449. celebratum est (ad examinanda synodi praecedentis acta, quae corrupta esse a nonnullis dicebantur) clare atque manifeste asserit. Hard. tom. 2. p. 202 seqq. Idem etiam ex ipso LEONE M. discere possumus: „Bene cooperat a sua persuasione discedere Eutyches. — Sed cum anathematizando impi dogmata noluisse praebere consensum, intellexistis eum in sua manere perspicia, dignumque esse qui iudicium damnationis exciperet.“ Ep.

esse consubstantialem, addit: Non (sic) dico consubstantialem, (quasi simul) negans, quod ipse sit filius Dei. Timuit igitur ne posita hac quae-
cida tollatur diuinitas saluatoris,

Ep. 28, 6. Ac si quis gesta prioris synodi Constantinopolitanae sub Flauiano 448. habitae relegat (ibid. pag. 166. seq.), dubitate non poterit, omnibus fere in rebus Eutychen cessisse Flauiano, atque iis quae a Synodo credenda proponebantur, assensum praebuisse. Sed cum Synodus postularet, ut anathematizetur omne dogma, quod contrarium sit iis, quae paulo ante lecta fuerant: Eutyches quidem profitebatur, eadem se dicere: quae synodus doceat; quoniam vero in scripturis nondum inuenierit manifeste hoc, de quo quaerebatur, explanatum, neque omnes patres idem dixerint, non posse se aliter sentientes execrari. „Si vero anathematizauero, ait, vae mihi est, quod patres meos anathematizo.“ Quibus auditis exsurgens Synodus clamabat: anathema ipsi; quem clamorem mox sententia exceptit, qua de dignitatis et officii gradu deiecit ex communione sacra exterminatus est. Sed quando Eutychen, hominem probum verique amantem, ex nimio Nestorianos errores vitandi studio errasse contendimus, non id hic agimus, ut contraria statuamus iis, quae S. V. PRAESES in Selectis capitibus histor. eccl. tom. I. p. 244. seqq. adnotauit, sedulo compositam videri hanc fabulam, quam Eutyches in Alexandrinae sedis honorem egerit. Nos quidem sententiam, quae pugnabatur, ab ipsa pugna distinguentes, sub prima controvrsiae initia Eutychen arbitramur bona fide professum esse ea, quae necessario credenda esse putauit; an vero hac semper fuerit animi constantia ut in neutram partem inclinarit, et vacuus esset ab amicitia et odio, de eo nihil plane definitus. Alios autem ad istam caussam abusos esse Eutychis sententiis, extra dubitationis aleam fere positum est. Certum etiam est, satis cito Eutychen ipsum, (qui infensum sibi Eusebii Dorylaensis animum penitus nouerat, et forsitan Flauianum quoque proprius quam nos cognitum habebat,) adiisse et Theodojum Imp. et LEONEM M. aliasque. Ad praefectos etiam monasteriorum Constantinop. scriptas dedisse fertur chartas, ipsorum subscriptiones ambiens. Hard. tom. 2. p. 151 seqq. Quis itaque dubitet, Alexandrina quoque praesidia sibi ipsum quaesiuisse? Apte itaque cohaerent ea, quae S. V. PRAESES l. c. pluribus exponit, cum his quae

nos de ortu erroris Eutychiani modo disputauimus. Nimirum Theodosius Imp. aduersus Nestorium huiusque lectatores insigne conceperat odium; eximie contra fauebat acerrimo Nestorii aduerfario, Cyrillo Alexandriae episcopo, eiusque fautoribus (inter quos eminebat *Eutyches*) ac successori *Dioscoro*. Facile nobis persuademus, Chrysaphium, eunuchum, illiberalibus studiis Imperatorem in hasce partes magis magisque traxisse, nullamque praetermississe eum occasionem, Nestorii reliquias penitus opprimendi, Alexandrinorum vero auctoritatem adaugendi. Quid vero poterat accidere exoptatius opportuniusque ad vtrumque istum finem obtainendum, quam error Nestorianismo e diametro oppositus, quem errabat Eutyches, vir modestia atque temperantia multos post se reliquens istius aetatis clericos. Quid itaque mirum est, Theodosium Augustum, non minus quam Alexandrinos, ex partibus stetisse Eutychis? quem cum impugnaret Flauianus Constantinopolitanus, Chrysaphio sine dubio exosus, fieri non potuit, quin iudice Dioscoro Alexandrino, qui eunuchi artibus praefes erat constitutus in Ephesina Ἀντερη, Flauianus caussa caderet, et vinceret Eutyches, ad Cyrilli ac Athanasi Alexandrinorum antistitum auctoritates prouocans, et Nestorii, Constantinopolitani quondam episcopi, sententis incredibili animi ferore se opponens. Diocorus enim, homo ferox arque factiosus suaeque sedis praerogatiuis magis consulens quam religionis puritati, non tantum Constantinopolitanos praefules odio prosequebatur capitali, verum etiam Cyrillo aliisque, qui ante ipsum Alexandrinae sedi praefuerant, Eutychianaequae sententiae fauere videbantur, deditus erat atque emancipatus. Antecessorum vero famam atque memoriam in Euryche violari arbitrabatur. Etiam Flauianum (licet in Synodo Constantinopol. sic se gesserit, vt leni in Eutychen animo fuisse videatur,) ab omni partium studio liberum pronunciare non ausim. Minus forte fauebat Alexandrinis non solum, sed etiam Eurychi, doctrinam Cyrilli Alexandr. sequenti, praesertim cum Eusebius Dorylaensis, Eutychis delator totiusque litis fator, acri quotidie incitatione episcopi animum inflammaret; Monacho autem hoc damnato, Aegyptiorum etiam quo-

quodammodo imminui videretur auctoritas. Hanc suspicione eo confirmari putamus, quod in concilio Constantinop. anno 449 habito, professus est Magnus, silentarius: ante synodum, Eutychis damnationem sibi esse ostensam; et studuisse praeterea Flavianum euitare Expraefecti, Consulis et Patricii Florentii praefentiam in synodo; huiusque rei hanc eum obtendisse caussam, quod forma iam data et damnatus sit Eutyches, quoniam secundo vocatus non obedierit. Hard. Tom. 2. p. 211. Sed antequam ter euocatus erat accusatus, nulla contra eum actio, ex canonicarum regularum praescripto, locum habere poterat. Potuissimus haec omnia quae de hac re breuiter disseruimus, pluribus robore testimoniis, quae vero breuitatis studio missa fecimus.

§. 19.

VII. Omnes istos errores, quorum Flavianus Eutychen insimulat, (vide num. V.) LEO pro concessis ponebat, et aduersarium conuictum iam esse iudicabat; ipse etiam passim uberioris eos interpretabatur, et varias inde eliciebat consequentias. Sed audiamus LEONEM ipsum, attendamusque quomodo Eutychis mentem explicet. Tam impie, inquit, duarum naturarum ante incarnationem ynigenitus Dei filius fuisse dicitur ab Eutychi, quam nefarie, postquam Verbum caro factum est, natura in eo singularis asseritur. ep. 28, 6. E priori propositione concludit, hoc habuisse Eutychen persuasum, animam, quam Salvator assumit, prius in coelis esse commoratam, quam de Maria Virgine nascetur, sibique Verbum in utero eam copularet; hac quidem in re Origenem eum esse fecutum. ep. 35, 3. Posteriorem vero elocutionem ita interpretatur, quasi Eutyches id dicat vnitione effectum esse, vt ex duabus naturis una remaneret, nullatenus alterius existente substantia serm. 28, 5, Alibi vero declarat, aduersarium statuere, Christum veram carnem de matre non sumisse, nec nostri illum generis corpus habuisse, sed diuinitatis eius et carnis unam esse naturam; et hinc efficere conatur, eum credidisse Dominum nostrum I. C. et falsum hominem et Deum passibilem; ep. 102, 3. unde porro

deducit, eum et *Apollinaris* esse et *Manetis* asseclam. ep. 109, 3.
 (35) Triplicem autem nobis narrat LEO *Apollinaristarum* errorem,
 quippe qui docuerint, deesse Christo sive animam, sive men-
 tem rationalem, sive carnem; carnem enim non de foemina
 sumtam, sed factam esse de Verbo, in carnem conuerso atque
 mutato. Ep. 59, 5. Hoc tertium dogma delegisse Eutychen ar-
 bitratur; quasi negata humanae carnis atque animae veritate
 totum Christum vnius assereret esse naturae, tanquam Verbi
 Deitas ipsa se in carnem animamque ita conuerterit, (36) vt
 concipi ac nasci — crucifigi ac mori — diuinæ tantum essentiae
 (naturae) fuerit. ep. 165, 2. Quod autem formam serui gessit
 Christus et nostri similis fuit — id quandam naturae nostrae
 fuisse imaginem, non veritatem ep. 31, 1. Christum simula-
 torie omnia egisse nec humanum in ipso corpus, sed phantasti-
 cam corporis speciem oculis apparuisse cernentium; (37) Ep.
 126, 2. 165, 2; hinc corporeas Christi actiones simulatorii fuisse
 phan-

(35) *Eutyches* in ep. 21. ad LEONEM data, disertis verbis non modo *Apollinarem* et *Manetem*, verum omnes etiam generatim haereticos, vsque ad ma-
 gnum *Simonem*, anathema percutit. De *Simone* vero tradunt veteres, ne-
 gasse eum veram Iesu Christi humanitatem; docuissi vero hominem auda-
 cissimum, se esse eundem Iesum, qui non vere sed putative tantum in Iu-
 daea passus sit. conf. *Irenaeus* L. 1. c. 23. Quidam itaque inter *Eutychis* er-
 rores recenseri, quāquam falso, soleat sententia de phantasrica et simulata
 Christi passione, videri posset nonnullis, deliberato consilio *Simonis* men-
 tionem inseri. Sed quoniam eo tempore, quo scripta est illa epistola, (mox
 post synodus Constantinop. 448.) *Eutyches* huius erroris, quantum qui-
 dem ex actis concilii colligi potest, nondum accusatus fuisset, rectius ana-
 thema Simoni ideo dictum ab eo esse creditur, vt ab omnibus, quotquot
 inter christianos fuerint, haeresibus se abhorrire testaretur. Nam primo
 loco numerari solet a patribus Simon inter haereticos N. T.; nec defunct
 ex recentioribus etiam multi, qui omnibus haeresibus signa eum praetulisse
 existimant; quamquam apertus christianaæ religionis hostis potius dicen-
 dus sit quam haeticus.

(36) Hoc si statuit *Eutyches*, non potuit asserere animam Christi prius exsti-
 tisse quam cum Verbo copularetur. Vtrumque enim simul dici nequit nisi
 ab homine mente capto.

(37) Attamen manifeste profitetur *Eutyches* ep. 21, 3. *Verbum in veritate*
non in phantasmatu hominem factum esse.

phantasmatis. ep. 59, 1. Et sic in *Manichaei* (38) et *Marcionis* infaniam transire *Eutychen* censet ep. 165, 2. Alio vero loco, ep. 59, 3. ostendit, *Arianae* etiam peruersitati multrum suffragari hanc impietatem, quae Verbo Dei humanam negat inesse naturam, ut dum humilitatem in Dei maiestate fastidit, aut falsam in Christo afferat imaginem corporis, aut omnes actiones eius et passiones corporeas, Deitatis potius fuisse dicat, quam carnis, — vt aut passa sit Deitas, aut mentita sit veritas. Ep. 59, 3. Imo in *Photini* iam perfidia damnatum esse *Eutychen*, narrat serm. 96, 2. Quis vero non videt, argutiis vbiique vti **LEONEM**. Certe ita philosophatur de aduersarii sui opinionibus, vt vix ipse satis perspectam habuisse videatur istius mentem; et talia ex eius verbis cogit consectaria, quae *Eutyches* nunquam concessit, sed a sua sententia plane diuersa esse constanter professus est. Hoc sane pro certo affirmari potest, **LEONEM** *Eutychis* de Christo placita non ad eam formam reuocasse, quae sibi vbi que constet, sed ita varie eius locutiones eum coniunxit, vt ex iis, aliis in locis alterius expositis, varios errores eliceret. Sic verbi causa ep. 109, 3. *Manichaeismi* et *Apollinarismi* simul, epistola 165, 2. autem altervtrius tantum erroris eum accusat, hac vsu ratiocinatione: Si ab *Apollinaris* peruersitate desciscit, ne conuincatur Deitatem passibilem sentire, non dubie in *Manichaei* transit infaniam.

(38) Negavit quidem haeresiarcha iste et duas in Christo naturas, et veras eius passiones. Quamquam vero, quod ad errorem de una natura attinet, *Eutyches* quodammodo cum illo continebat, immerto tamen *Manichaeis* accensetur, quos certe miser ille senex duces sibi non elegerat. Sed facillime sic inuidia opprimebatur *Eutyches*. Caeterum *Manetis* verba, quae nobis post *photium* exhibet I. A. Fabricius in bibl. graec. Lib. V. cap. 1. p. 284. digna sunt, quae hic transcribantur. Των Γαλιλαιων, inquit *Manes*, in epist. ad Odan, δυο Φυσεις ἀνομαλοντων ἔχειν τον χριστον, πλατυν καταχοειν γελωτα, δύν ειδοτων, ὅτι η ὄντια του Φωτος ἐτέρη δύ μη γνωται υλη. Αλλ ἐσιν αἱραιΦυης, ἐνωθηναι ἐτέρη χριστο μη δυναμιν, και δοκι ταυτα συνηφθα εtc. Et in epist. ad Zebenam contendit, simplicem naturam non mori, ac vmbram carnis non crucifigi. Μιαν δυν ἔχειν ἔμεινε την Φυσιν και ἐνεργειαν το Φως etc. Nestoriani itaque non minus iu *Manichaei* infaniam transiisse dicendi essent quam *Eutychiani*.

§. 20.

Sufficere haec possint ad declarandum contra quos, et quo potissimum consilio in scriptis suis de incarnatione verbi agat LEO: iam videbimus, qua ratione hoc fidei caput exposuerit ipse. Quum vero omnes fere sequentes christiani doctores eius vestigia prefferint, non multa quidem occurrent, quae cum doctrina recepta in varietate sint et dissensione; nihil se cius tamen operae pretium erit, fontem ipsum paululum degustare, ex quo caeteri plerique orthodoxae doctrinae vindices hau serunt. Ob rerum autem, quas sub articulo de Christo completi solemus, incredibilem copiam atque variam indolem, certas constituant earum classes, ut omnia meliori ordine procedant. Agam itaque primo de argumentis, quibus duas in Christo naturas euincit; tum nonnulla notabo de incarnatione per quam ambae naturae intime sunt unitae; his addam nonnulla de unionis statu; deinde de exinanitione atque exaltatione saluatoris dicendum aliquid erit; finem vero sectionis faciet tractatio de munere atque prouincia Christi, quam ita instituam, ut primo agam de hypothesi eorum, qui per Christum redemptos nos esse statuunt a dominatione diaboli, deinde vero de reconciliatione ac satisfactione per saluatorem facta pauca disputerem, et postremo de unione hominum cum Christo mediatore aliquid notem.

§. 21.

Theseos, quod Iesus Christus sit verus Deus et verus homo innumera fere *argumenta* a theologis omnium temporum proposita sunt, quae tamen non omnia eandem habent probandi vim. Quamuis enim non numero sed pondere aestimanda sint, multa tamen precario afferri solent prorsus futile; nonnulla etiam leuiora, quamquam non plane inepta. Minor semper eorum fuit numerus, quae ita ad rem extra omnem dubitationem ponendam idonea sunt, ut omnis euellatur scrupulus ex animis eorum, qui rerum rationes attentius scrutari dicterunt. Nec omnibus temporibus eadem conuenient *argumenta*,

menta, sed missis antiquioribus noua interdum quaerenda sunt.
 Hoc etiam de iis argumentis obseruari licebit, quibus LEO M.
 vtriusque naturae in Christo veritatem euincere conatus est,
 quae quanta fieri potest breuitate recensebimus. Et diuinitatem
 quidem Iesu Christi ut probet, ad plures prouocat sacrarum
 literarum auctoritates, quarum potiores sunt, Luc. 2, 49. 3, 22.
 (epist. 16, 2.) Matth. 3, 17. 16, 16. Ioh. 1, 1. seqq. 10, 30. (ep. 28)
 Röm. 9, 5. Christus — qui est super omnia Deus, benedictus in
 secula. (ep. 24, 9.) Ioh. 5, 26. (ep. 165, 8.) Ioh. 14, 9. qui videt
 me, videt et Patrem. Ariani itaque (sic argumentatur Noster)
 dum filii maiestatem non viderunt, patris quoque gloriam non
 cognoverunt, sed imperfectam putarunt generantis essentiam,
 quae ad habendum quod non habuit generando profecit. (serm.
 25, 3.) Matth. 17, 5. praefens quidem erat in filio pater; sed ad
 commendandam proprietatem vtriusque personae filium splen-
 dor, patrem vox nunciauit. (serm. 51, 6.) Praeter haec scri-
 pturae s. testimonia, satis bene et orthodoxe exposita, laudatur
 etiam a LEO N. symbolum et apostolicum (39) et nicaenum. (ep.
 28, 2. 124, 8. 165, 3.) Ex historia quoque vitae rerumque ge-
 starum Iesu Christi, diuinam eius naturam disci posse monetur.
 Deum enim arguunt partus virginis, voces angelorum, et, praet-
 er alia multa, adoratio etiam magorum, qui thus Deo, myr-
 ham homini, aurum obtulerunt regi, scienter diuinam huma-
 namque naturam in uinitate venerantes. serm. 31, 2. et 34, 3.
 (Impetrare a me non possum, ut haec munera putem Christo
 a magis esse oblata, ad haec indicanda mysteria. Partus etiam
 virginis et angelicus cantus opus aliquod diuinum extraordina-
 riuum annunciant; Deum natum esse hominem non per se euin-
 cunt

(39) Hoc symbolum, quod Christiani recitabant sacramentum baptisimi re-
 cipientes, ep. 124, 8. duodecim apostolorum totidem sententiis signatum esse,
 et solo ipsis gladio omnes haereticorum opiniones detruancari posse statuit.
 ep. 31, 4. Prior illa fabula dudum est explosa; posterius autem, quod de
 us symboli additur, falsum est. Oppositum est hoc symbolum Iudeis at-
 que gentilibus, neutiquam haereticis qui inter ipsos christianos oriebantur.
 Postea vero c. c. Nicacei, nouae additae sunt contra haereticos defini-
 tiones.

cunt.) Diuinitatis quoque documenta sunt innumera, quae I. C. patravit, *miracula*. Eandem alia quoque demonstrant *saluatoris gesta*. Homo enim non potuisset v. c. Samaritanæ largiri aquam viuam, nec omnia elementa tremefacere; („pendente enim in patibulo creatore, vniuersa natura congemuit, et crucis clauso omnia simul elementa fenserunt,, serm. 7, 4. Duriusculæ haec dicta sunt.) Nec paradisi portas homo potuisset fidei latronis aperire, nec clausis ad discipulos ianuis introire, nec flatu suo dare Spiritum S., ac donato intelligentiae lumine sanctarum scripturarum pandere occulta etc. ep. 28, 124. 165. serm. 65. Facile tamen intelligitur non magnam esse horum, quae ultimo loco recensui, argumentorum ad probandum vim; nisi simul ostendatur, Iesum virtute sua propria haec omnia efficerisse. Posset etiam hic mentio fieri istius argumentationis, qua ostenditur, non potuisse Christum sufficere ei, cui destinatus erat, operi perficiendo, nisi verus fuisset Deus; sed de hoc infra.

§. 22.

Ad humanam naturam quod attinet, permultis vtitur LEO argumentis, ad probandam eius in Christo veritatem, quam Eutyches negare videbatur. Primo quidem multa laudat *Scripturæ S. dicta* v. c. Matth. 1, 1. Rom. 1, 1-3. Gen. 22, 18. coll. Gal. 3, 16. Ies. 7, 14. c. 9, 6. Ioh. 1, 13. *Verbum — habitauit in nobis*: h. e. in ea carne quam assumit ex homine, et quam spiritu vitae rationali animauit. (Sic solent omnino antiquiores plerique hunc locum interpretari, graeci et latini, nec sine omni specie.) Coll. Proverb. 9, 1. *aedificat sibi sapientia domum*. Gal. 4, 4. Ioh. 14, 28. *Pater maior me est*; quod LEO cum plerisque patribus postnicae: nis de natura Christi humana, dissentientibus tamen non paucis aliis, intelligi vult, indeque colligit, serm. 77, 5. Christum maiorem esse se ipso, Luc. 24, 39. Ioh. 5, 4-8. Hic paulo accuratius dabimus totam LEONINI sermonis seriem. „Qui christianam, ait, suscipit fidem (de Iesu Christo vero perfecto: que homine) videat quae natura in crucis ligno pependerit, et (ad fidem suam confirmandam) intelligat, vnde sanguis et aqua fluxe-

fluxerit, ut ecclesia Dei et lauacro rigaretur et poculo. Audiat et beatum Petrum apostolum praedicantem, quod sanctificatio spiritus per aspergionem sanguinis Christi. Legat eiusdem verba. I Petr. 1, 18. Beati quoque Iohannis testimonio non refutat. Ioh. 1, 7. et 5, 4 sqq. haec est victoria quae vincit mundum etc. et spiritus est, qui testificatur quoniam spiritus est veritas; quia tres sunt, qui testimonium dant, spiritus, aqua et sanguis, et tres unum sunt. (40) Spiritus utique sanctificationis, et sanguis redemtionis, et aqua baptismatis, quae tria unum sunt, et individua manent, nihilque eorum a sui connexione sciungitur: quia catholica ecclesia hac fide vivit, hac proficit, ut in Christo Iesu nec sine vera diuinitate humanitas, nec sine vera credatur humanitate diuinitas. (ep. 28.) Subobscura est haec interpretatione, qua ex ipsis verbis argumentum pro humana Christi natura ducitur, ita tamen ut cum ea diuinam unitam esse naturam ex eodem Iohannis dicto simul ostendatur, Mihi quidem sequentem in modum rationes colligere videtur LEO. Nimirum humanam naturam ita ex hoc dicto probat, ut moneat, sanguinem et aquam ex crucifixi latere confoesso fluentem, supponere corpus humanum; quo negato sanguinis quoque et aquae defendi nequeat veritas, sine qua tamen nec sacra coena nec baptismus aliquo nitatur fundamento; quod quia repugnet omni

(40) Est hic locus alicuius ponderis in critico huius dicti examine. Haec enim celeberrima epistola 28 ad Flavian. non ex tempore, sed praevia diurna meditatione, negue parum diligenter, sed summo studio conscripta, et praeterea in concil. chalced. vniuersali tot episopis, et tam variis prouinciis, praesentibus, praelecta est, aetisque synodalibus inserta. Accedit, quod satis magnam periocham e Iohanne exscripterit LEO, hoc vno commate omisso, quod tamen ad rem non minus pertinet, quam versus quintus, qui totus recitat. In iis scilicet, quae textui Iohanneo statim a LEONE subiiciuntur, diuinitatis Christi aequae sit mentio ac humanitatis. Caeterum hac occasione generatim notamus, multa posse e LEONIS colligi scriptis, quorum singularis est ad crisim sacram, et ad historiam latinae bibliorum versionis utilitas. Ipse iam huius auctoris filius testatur, magna diligentia summoque studio elucubratus esse ipsius scriptiones; et hinc est, quod ubique sere ipsa biblici textus verba accurate exscripterit.

omni christianaæ doctrinae tenori, recte a catholicis doceri, Christum verum esse hominem. Iam vero dupli huic testimonio, sanguinis et aquae, inseparabiliter alius coniungitur testis, spiritus scilicet sanctificationis. Sanctificatio vero fit per aspersionem sanguinis Christi, qui tantam non posset habere viam, nisi seruator, qui sanguinem istum fudit, verus sit Deus. Ratio itaque cur, Iohanne teste, tria ista vnum sint et inseparabilia manent, nulla est alia, quam quod vnum Iesus Christus et Deus est, (hinc sanctificationis Spiritus, et sacramentorum efficacia) et homo, (hinc lauacrum et poculum); et hoc modo ex isto Iohannis dicto colligitur, duas esse in Christo naturas, easque unitas. Ad dicta humanam Christi naturam probantia referuntur a LEONE adhuc sequentia. Eph. 1, 20-23. Nimirum Christo, quatenus Deus est, omniumque rerum creator, nullo non tempore omnia fuerunt subiecta. (ep. 59, 2.) Ioh. 1, 29. Philip. 2, 6 seqq. *Forma serui LEONI* aliisque patribus est natura humana, quare serm. 46, 1. duplicitis formae in Christo vnam docet esse personam. — Pf. 85, 12. *Veritas de terra orta est* (ep. 124.) Rom. 9, 5. (ep. 124, 9. et 139, 3) Ies. 50, 6, (serm. 65, 3) 1 Cor. 15, 20. (serm. 65, 4) Matth. 22, 43. coll. Pf. 109, 1. (serm. 28, 2. Ies. 45, 8. *Producat terra,* (terra carnis humanae) et germinet salvatorem (serm. 24, 3.) 1 Tim. 3, 16. Ignorat quidem LEO vocabulum *Deus*, et legit, sacramentam *quod manifestatum est* etc. At argumentum tamen inde dicit pro humana Christi natura, atque veritate catholicae doctrinae, Euthychi oppositae. (41) (ep. 165, 10.) Matth. 17, 2. Transfiguratio scilicet Christi, coram tribus discipulis facta, (42) inferioris substantiae sacramentum docet. Intellexerunt enim discipuli diuinam eius maiestatem; sed ipsius corporis, quo diuinitas tegebatur, poten-

(41) Multi solent patres μυστήριον vocabulum, sine additamento alio positum, interpretari de incarnatione του λόγου.

(42) Hi ex LEONIS sententiæ sunt illi, de quibus Christus Matth. 16, 28 dixerat, eos non prius gaudeturos esse mortem, quam viderint filium hominis venientem in suo regno, i.e. in regia claritate, quae specialiter ad naturam suscepti hominis pertinet. (serm. 51, 2.)

potentiam nesciebant. Praeter haec scripturae dicta, quorum multa male in hanc rem sunt allata, symboli etiam tam apostolici quam nicaeni auctoritatem assert LEO ep. 28, 2. 124, 8. 165, 3. cui illud porro addit, omnipium apostolorum, et quorumque doctorum, martyrum atque confessorum consonas esse sententias, quod in I. C. deitatis et carnis vna sit confusa persona; contra neque villa rationis similitudine, neque sacrorum voluminum parte adiuuari haereticam impietatem, quae veritatem negat corporis Christi. ep. 165, 9. Deinde ex vita Iesu Christi narratione sententiam catholicorum confirmat; existimat enim ex omnibus illis aut actionibus aut perpessionibus, quae in Deitatem cadere nequeunt, effici posse, saluatorem verum esse hominem. Huc reservat natuitatem, infantiam, baptismum a Iohanne acceptum etc.; quibus omnibus adiungit locorum sacramentum in Palaestina testimonium, vbi visui quasi et tactui tota humanae salutis sacramenta ingerere se arbitratur. Epist. 28. 120. 124. 139. ferm. 4, 3. 71, 3. (43) Denique ex mysterio eucharistiae veritatem carnis in Christo probat, cum nec ab infantium (amen accinentium ferm. 91, 3.) linguis veritas corporis et sanguinis Christi inter communionis sacramenta, taceatur; nos vero in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus; ep. 59, 2. qua de re infra plura dicam. Cunctis hisce probationibus addit postremo, quod, negata in Christo humana natura, sacramentum, per quod vnum saluati sumus, impudentissimis evacuetur figurantis; statui enim deberet aut deitas passibilis, aut passio non vera, sed ficta, oculos tantum fallens; quod utrumque aequa foret impium et absurdum. Ergo nisi Verbum caro factum esset, nullus poenam damnationis euaderet. Praeterea Christus, si verus homo non esset, exemplum non posset praebere hominibus. (44) Erubescens itaque carnem Christi, quae

G 2

volu-

(43) Verum haec magis ad superstitionem quam ad fidem alendam idonea sunt, neque ii, qui phantasticum fuisse putant corpus Christi, negarunt, in Palaestina, Hierosolyma etc. Christum esse visum, in Golgatha putative eum fuisse cruci affixum etc.

(44) Haec phrasis, exemplum praebuit Christus, saepissime in patribus occurrit; ante, quam Socinianorum nomen et anceps disciplina, innotuisset.

velamen est verbi, quo induuntur omnes, qui ipsum integre confitentur, similis erit improbo conuiuae Matth. 22, 13, qui sacris epulis sine ornato regio importunus se immiscuerat. Quia enim nec sponsum agnoscit, nec sponsam (naturam humanam Christo unitam) nuptiali non potest interesse conuiuo ep. 28, 5. 59, 4. 124, 6. 7. serm. 21, 2.

§. 23.

Haec vtriusque generis argumenta, quibus et diuina et humana in Christo natura probatur, ita plerumque a LEO miscentur, vt nonnullis ex vtroque genere coniunctis, ostendat, in Christo vere esse duas naturas. Interdum tamen argumentatione aliqua vtitur, ex qua non quidem singularum *naturarum* veritas seorsim, sed *ambiarum* in Christo coniunctio demonstratur. Sic v. c. Eutychianos, vnam in Christo naturam asserentes, hac ratiocinatione refellere conatur: Si hominis tantum intelligenda est natura, vbi est, quae saluat deitas? si tantummodo Dei, vbi est quae saluat humanitas? S. 90, 2, non enim nisi vtroque saluamur serm. 30, 6. Simile fere argumentum desumit ex ep. 124, 3. 4. et S. 65, 2. Porro de naturarum coniunctione interpretatur LEO dicta nonnulla Scripturae, 1 Ioh. 4, 2. *omnis spiritus qui soluit Iesum* (sic aliquoties hic locus recitat) ex Deo non est, et hic est anticristus. Quid est, inquit, soluere Iesum, nisi humanam ab eo separare naturam. ep. 28, 5. 75, 1. 164, 3. serm. 34, 5. Huc etiam referit Colos. 2, 9. Corporaliter non spiritualiter, quia vera est carnis substantia. Et etsi repleti in illo: quia Dei verbum nostri sibi generis et animam et corpus vniuit. serm. 28, 7. 30, 3. 65, 5. Porro Iohannis 5, 25. (serm. 30, 5.) Luc. 1, 43. Maria erat et ancilla Domini et mater, ep. 124, 2. Item Matth. 16, 16. tu qui vere es filius hominis, idem vere es filius Dei viui; eundem et *Dei filium* confitetur Petrus, et *Christum*. (45) ep. 28, 5. 33, 1. Tandem

(45) Humanam itaque naturam LEO arbitratur indicari vocabulo *christus*, quam significationem alii etiam e catholicis admirerunt, v. c. *Fulgentius*, et *Facundus hermian.* ex *Theodoro*, vid. S. V. *PRAESIDIS Selecta cap. histior.*

dem etiam Genes. 2, 24. erunt duo in carne una collat. Ephes. 5, 30. satis inepte ad hanc causam a LEO trahitur. „Vtique, inquit, duo sunt, Deus et homo, Christus et ecclesia, quae sponsi carne prodiit, quando ex latere crucifixi manante sanguine et aqua, sacramentum redēctionis et regenerationis accepit. — Ab ipso ergo initio generis humani Christus est denunciatus in carne venturus. „ep. 59, 4. Hic tantum addo, quaedam ex allatis argumentis, quibus LEO duas simul naturas, humanam et diuinam, probare vult, ea praeſertim quae ex necessitate redēctionis duxit, hoc quidem efficere, Christum fuisse nec merum hominem nec merum Deum, (quod LEO sufficere poterat;) sed dubito tamen, an ex iis valide colligi queat, oportuisse mediatorem summum esse Deum, ipsum illum spiritum perfectissimum, qui est a se.

§. 24.

Antequam vterius progrediemur, addere nonnulla lubet de exegēſor, quae in LEO's scriptis deprehenditur, inde a ratione. Nempe quilibet ex ſpeciminibus in antecedentibus paragraphis allatis facile videbit, parum laudabilem interdum scripturæ interpretēre eſſe LEO. Posſent quidem παρερμένων, a LEO aliisque patribus commiſſarum, multa hic afferri genera, multa eque rationes (46). Meo tamen scopo atque illuſtrandi iis quae §. 22. et 23. dicta ſunt, pauca ſufficient. Per multarum, niſi forte plurimarum, fallarum interpretationum cauſa in eo eſt ponenda, quod christiani doctores, textus graec-

G 3

ci

histor. eccl. T. 1. p. 445. et 453. Alii contra patres vtuntur hoc nomine ad indicandam diuinam Salvatoris naturam, vel ante incarnationem. Sic Hilarius Pict. libr. 2. p. m. 19. de Patre ſcribit, ipsum in Christo et per Chriftum (Χριστον) originem eſſe omnium. Ipſe etiam LEO ſic vtitur hoc verbo S. 63, 3, vbi eundem Chriftum (Χριστον) eſſe dicit in omnibus sanctis, qui eſt in illo homine (Iesu) creature totius primogenito.

(46) Copioſius hoc argumentum tractauit Dan. Whiſby in diſſert. de S. Scripturarum interpretatione ſecundum patrum commentarios Londini 1714. 8vo, qui ſatis amplam hallucinationum exēgeticarum farraginem e patrum scriptis liberali conſilio collegit, et paſſim ad fontes quoque παρερμένων digitum intendit.

ci negligentiores, solent omnes fere scripturae s. locos ad *lites dogmaticas* trahere, iisque ad sua *vnuata* stabilienda abuti. Ple-
rique istius aeui doctores, e quorum numero LEO non prorsus
excipiendus est (47), ad interpretationem librorum sacrorum eo
accessisse videntur animo, vt idearum hypothesiumque suarum,
quas e Scriptura S. non desumferant sed ei intulerant, praefidia
sibi quaererent, telaque inde desumerent, quibus oppositarum
sententiarum defensores iugulari posse arbitrabantur. Sed quum
sacra scriptura de plerisque questionibus, quae tertio et quarto
seculo sequentibusque temporibus, magna animorum contentio-
ne, ventilatae sunt, claris verbis nihil definierit certi: accidit
haud raro vt vtrinque plumbeis pugnibus pugnaretur. Ni-
mirum omnes, paucis, qui erectoris sunt ingenii, exceptis,
patres, in primis latini, inde ab Augustini potissimum tempore,
ita sacram Scripturam interpretantur, vt singulis vocibus, lati-
nis aequae ac graecis, eam tribuant vim, eumque subiiciant no-
tionum ambitum et numerum, qui satis longo interuallo post
apostolos cum iisdem vocabulis aut in celeberrimorum docto-
rum scriptis coniungebatur (48), aut in conciliis, ecclesiastico
iure, iis assignatus erat, aut cum receptis eo tempore, quo in-
terpres viuebat, hypotheses ac *vnuato* omnium optime con-
uenire videbatur. Hac vero ratione non declaratur sensus ea-
rum sententiarum, quibus vni sunt scriptores sacri: sed in illo-
rum locum substituuntur atque explicantur aut recentiorum do-
ctorum placita, iisdem verbis expressa, quibus Christus olim
atque apostoli sua decreta exposuerant; aut saltim sententiae
multo copiosiores ac significantiores, quam fuerunt illae, quas
Apo-

(47) Fidem huic assertioni facere possunt exegesos specimina, quae in antece-
dentiibus haud pauca dedi. Nec deerunt alia eiusdem rei documenta in iis,
quae dicenda adhuc sunt. His addi etiam possunt alii LEONIS loci, e. gr.
Ep. 85, 1. 155, 2. et praecipue ep. 120, 2. vbi Ioh. 8, 44. in Eutychis et nos
minatim in Diaconi causam accommodatur.

(48) Nemini ignota sunt, quae post Auguſtinum de electione, praedestinatio-
ne disputata sunt; nec quemquam latet ingens numerus locorum scripturarum
in quibus his dogmatibus praefidium est qualitum. Facile vero cuique
hic patet, notiones latinas coniunctas esse cum scripturae s. verbis.

Apostoli dixerunt. Apostolorum enim tempore, quo theologia dogmatica longe minori sententiarum numero absolviebatur quam nostra aetate, nemo istas iam animo conceperat senioris temporis quaestiones; quare nec *τιμωνεις* earum, si vel maxime ab Apostolis suppeditatae fuissent, a quoquam mortalium istius aeu*i*, cui tamen proxime destinatae erant sacrae litterae, intelligi potuissent. Occupant enim hae quaestiones earumque solutiones (quae pro vario hominum ingenio variae erunt, quamdiu non deerunt, qui ipsi mente complecti audent sententias,) seriem aliquam idearum ac propositionum longe continuatam, et certam quandam cogitandi, philosophandi, subtiliterque ratiocinandi consuetudinem, quae omnia in ista rei christiana initia nondum cadunt. Amplius hic est campus, in quem excurrere posset mea disputatio; sed re dudum a summis theologis fere perorata, mitto ista. Mihi, quod iusti harum rerum arbitri facile dabunt, sufficit, eiusmodi lites theologicas & sacra scriptura raro posse dirimi, nisi in subsidium assumatur ratiocinationum ministerium; quo recte adhibito, et consecutionibus e scripturae verbis subtiliter deriuatis, iudicari demum potest, vtra propositionum in dubium vocatarum (v. c. de vniione duarum Christi naturarum aut physica aut hypostatica etc.) magis concordet cum caeteris, aut in scriptura sacra manifeste expositis, aut aliunde certo cognitis veritatibus. Quum autem praeterea non in uno alteroue scripturae loco, sed in omnibus eius paginis, vocabulis, syllabis, suarum sententiarum confirmationem querant diuersarum sibique inuicem oppositarum hypothesium amatores, nec tamen quisque eorum, incredibile dictu, operam perdat querendo: fieri non potest, quin librorum sacrorum sensum saepissime adulterent, qui hypotheses, licet veras interdum, mente tamen praeformatas, ad scripturae interpretationem afferunt, et id per interpretationem addunt, aliis etiam cunctis diuina auctoritate credendum, quod ipsi ex sua cogitandi consuetudine verum esse existimant. Sed satis expositorum est de hac re. Ad alia quae iam in loco de Christo sequuntur, progredior.

§. 237

§. 25.

Plenam exhibere istorum omnium enumerationem, quae de *Incarnatione Verbi* docuit LEO, nimis esset prolixum. Et eo tutius ista me supersedere posse opera existimo, cum auctor noster, vt supra iam dixi, nulla in re ab iis rei christianaे sacrae antistibus dissideat, qui inde ab isto tempore, magnifico recte sentientium titulo inuicem se salutarunt. Vbiique scilicet Nestorianorum Eutychianorumque opiniones, vt quidem vulgo solent fangi, magno conatu refellit, ista vero adducit omnia, quae ad animos hominum in recta sententia confirmandos, et aduersus illos errores praemuniendo aliquid facere posse videbantur. Quam ob rem saepe et docet et probat, vnam esse salvatoris nostri Iesu Christi personam, duas autem naturas; a verbo enim in unitatem personae carnem esse suscepit, atque naturae immortalis ac impassibili, unitam naturam passibilem et mortalem; utramque naturam in uno Christo Iesu, etiam post ascensum in coelos (⁴⁹) manere, et unum esse in utraque, non diuersitate diuisum, nec permixtione confusum (⁵⁰); utramque sub-

(49) Carnem Christi antea passibilem et mortalem, commutatione facta, nunc impassibilem esse, immortalem atque incorruptibilem, LEO exsilimat; eam manifeste quidem eandem per essentiam, sed non eandem esse eam arbitratetur per gloriam. Huc respicere putat Paulum 2 Cor. 5, 16. serm. 7, 4.

(50) Ex his verbis aliisque locis minime dubiis explicari debent duriores nonnullae LEONIS formulae, quae primo intuitu naturarum in Christo commixtionem atque confusionem indicare videntur. v. c. f. 23, 1. „non sic creatura in societatem sui creatoris est assimilata, vt ille habitator, et illa esset habitaculum, (quod Nestorius tribuunt,) sed ita vt naturae alteri altera misceretur.“ Etiam serm. 34, 4. Deus Dei filius naturae carnis dicitur *immixtus*. Observauit iam Quesnellius ad priorem locum, securius locutos esse partes, nondum litigantibus Eutychianis. Editores autem nostri doctissimi, fratres Ballerini, plura super hac re se collegiſſ indicant *differ.* 2. c. 3. in Zenonis opera. Sed non opus est multa hic coaceruare, cum et aliunde veram rectamq[ue] LEONIS sententiam cognitam habeamus, et Augustinus, aut si minus Leporius, in testimonio, quod epistolæ LEONIS 28. aut 165. adieclum est, hanc *immixtionem* (que vocabulo est ipse vtitur) ita interpretetur, vt excludat omnem corruptionem atque immixtionem utriusque substantiae, ne quis arbitretur talem se dicere mixtionem, qua confitili quodammodo genere duae naturae in vnam redactae sint sub- stan-

substantiam (naturam) id est *saluantem* atque *saluatam* (51), tene-
re sine defectu proprietatem suam; vocatione illa diuinæ natu-
rae nihil conferri, nihil detrahi; humanam vero naturam ac-
sum-

stantiam, Deus enim, inquit, mixtus est naturæ humanæ, non humanæ
natura mixta est diuinæ. Quid itaque hoc aliud est, nisi ea, quam no-
stri theologi docent, περιχωρήσις, qua humana natura a diuina permea-
tur et perficitur? Indicat hoc LEO l. 54, 2, vbi *vtramque alteri naturam*
inesse, neutram tamen in alteram a sua proprietate transire contendit. Sed
ne hic quidem satis accurate rem exponit LEO, qui antea Eutychianam
controversiam haec scriptissime videtur. Licet enim participatio et communio
naturarum mutua sit, περιχωρήσις tamen vix solent mutuam nuncupare
theologi.

(51) Sic loquitur LEO ep. 102, 3. Similiter etiam serm. 91, 2. (quem locum
paulo ante iam laudaueramus) humanitatem, quae *saluatur* distinguit a
Deitate quae *saluat*. Sed non ita hoc est intelligendum, ac si Christus,
quantum ad humanam naturam, se ipse saluauerit. Saepius enim auctor
noster profitetur, Dominum non suisse partipem nostrorum delictorum,
nec assumisse eum vna cum forma serui simul conditionem seruilem, for-
demque et culpam peccati; innocentem eum esse natum; diabolum in eo non
habuisse, suum quod diceret; mortillum solum nihil debuisse etc. Quia
itaque humana Christi natura nec a peccato nec a diaboli aut mortis pote-
state liberata redemptaque dici queat, (confr. Hebr. 7, 26 seq.) non videmus,
qua ratione, *saluatus* possit nuncupari, nisi id admodum improprie fiat ideo,
quia ea humana natura quam salvator afflumisit, per omnia, excepto pecca-
to, similis fuit naturæ hominum salvandorum. Sic vero intelligeretur non
individuum illud corpus individuaque anima, quam Verbum sibi vniuit,
sed natura quae omnibus hominibus communis est, in abstracto. Verum
ne hoc quidem commodum efficit sensum; quamvis certum omnino sit,
suisse nonnullos ex patribus, qui *universam* generis humani *naturam* assum-
isse Christum existimarent. Sic, v. c. *Hilarium* Pietau. de trinit. lib. 2. §. 24.
(qui locus adiectus epil. LEONIS 165.) statuit, per admixtionis societa-
tem, (per assumptionem carnis,) in filio Dei sanctificatum corpus *universi* hu-
mani generis existere; Christum *omnes in se* per id, quod corporeum se
esse voluerit, condidisse; et rursum in omnes, per id quod eius est inuisibile,
ipsum referri; (conf. LEONIS l. 63, 3.) atque Christum, assumptione
carnis vniuersi, interna *universae carnis* incolere. Vide etiam *Athanasi* orat. 2.
contra Arianos passim; alicubi *Cyrillum*; et *Gregorium Nyss.* in illud: quan-
do sibi subiecerit omnia etc. p.m. 569. 572. Immo LEO etiam nonnullis
in locis parum abesse videtur ab isto *universi*. Quicquid sit, in verbis
ludit LEO, loc. cit. vt solet.

sumtione non adimi aut consumi, sed diuinis augeri atque ita beatificari, vt glorificata in glorificante permaneat: Corpus Christi non fuisse phantasmaticum, sed verum, rationali anima praedictum, nobisque consubstantiale; et quae sunt reliqua, quae omnia copioso persequi solet sermone: Nos vero paucatrum exscribemus, quae fini nobis proposito, p[ro]p[ter] caeteris, conuenientia esse iudicamus.

§. 26.

Ipse vnitio[nis] actus ita explicatur: Impassibilis filius Dei — in plenitudine temporis — factus filius hominis venit quaerere et saluare quod perierat. Venit autem non locali accessu, nec motione corporea, tanquam praesens futurus, vnde abfuerit; aut illinc recessurus, vnde venisset; sed venit per hoc, quod erat visibile et commune cernentibus declarandus, humanam scilicet carnem atque animam in visceribus virginis matris accipiens. Ep. 59, 3. Illa enim essentia, quae vbiique tota est, locali descensione non eguit, et tam ei proprium fuit, totam hominem inferi, quam ei proprium est, totam a Patre non diuidi s. 25, 3. Carnem (*σωμα*) assumit ex homine, eamque spiritu vitae rationalis animauit. ep. 28, 2. Vtrique virtus Verbi nullo temporis puncto (neque in parte neque in concepitu ep. 88, 1.) defuit, nec prius formatum atque animatum templum corporis Christi, quod sibi superueniens vindicaret habitator, s. 28, 2. sed ipsa assumptione creata est nostra natura. — Scilicet secundum carnem (*corpus*) non est creatus ex nihilo, sed sumtum est corpus de corpore concipientis; *Anima* vero ipsius neque anterior existit — neque alio illi quam caeteris hominibus est inspirata. principio (⁵²); excelluit quidem, verum non diversitate generis, sed sublimitate virtutis. Nihil enim (licet hoc starim hic addere) carnis suae habebat aduersum, nec discordia desideriorum gignebat compugnantiam voluntatum; (hoc est, nullae in salvatore

(⁵²) De omnibus generatim animabus hominum statuit LEO, contra Origenem, ep. 35, 3. et Priscillianistas, ep. 15, 10. eas prius non fuisse, quam corporibus a Deo, horum aequae ac illarum opifice et creatore, inspirarentur.

tore erant turbulentae affectionum commotiones, nulla rationis cum sensituo appetitu pugna.) *Sensus corporei* vigebant sine lege peccati, et veritas *affectionum*, sub moderamine Deitatis et mentis, nec tentabatur illecebris, nec cedebat iniuriis. ep. 35, 5.
Voluntati superiori, (diuinae) voluntas cessit inferior (humana.)
Matth. 26, 39. l. 56, 2.

§. 27.

Posteriora, quae de *anima Christi* traduntur, variis quidem opposita esse possunt aduersariis. Vnum vero *Eutychen* petit LEO; contra hunc enim non solum tota epistola, ex qua haec excerptimus, scripta est, verum hunc etiam manifeste ibidem nominat, eumque claris verbis Origeniani erroris de animarum praeexistencia, non quidem documento historico, sed argumentatione usus, accusat. Fatemur, non esse absque veri specie, *Eutychen* huic opinioni deditum fuisse. Sic enim illa sententia, qua *duas ante incarnationem naturas profiteretur*, faciem habet sensum, quae alias vix commode poterit explicari. Ea vero quae LEO in contrarium disputat, satis accurate sunt dicta. Sed non est quod quis miretur, subtiliora et intellectu difficiliora dogmata fere prius atque accuratius fuisse definita, quam multa christiana religionis capita, quae, quamvis planiora sint minusque impedita, grauitate tamen atque utilitate cetera antecedunt. Sic, ut exemplo rem illustremus, ea scientiae theologicae pars, quam *Anthropologiam* nominare consueuimus, quamque omnes sciunt cognitu maxime esse necessariam ad vitam vere christianam instituendam, multo minus erat exculta, ac multae difficultimae de Christi persona quaestiones, quarum magna pars non modo a paucissimis potest perspici, sed etiam ad informandum animum Christiano dignum multo minus faciunt, quam doctrina de regeneratione, fide, iustificatione, sanctificatione etc. Similiter de fructu, quem ex natuitate ac passione saluatoris capere possunt et debent homines, incertiores sunt, ut paulo post videbimus, et minus clarae minusque verae ac sanae parrum sententiae, quam de modo incarnationis, quem tamen, ut ipsi fatentur, nemo mortalium suo

ingenio suisque cogitationibus assequi potest. Generationem enim eius, inquiunt, quis enarrabit? Ies. 53, 8. serm. 29, 1. Sed is fuit istius aevi nos, vt iis, de quibus controvressia nondum erat, negligitis, ea fere vnicce tractarentur publice, de quibus lis iam fuerat mota. Quum vero contentionibus bellisque, si placet, theologicis, (in quibus fustibus etiam atque gladiis pro opinione et consuetudine vtrinque pugnabatur,) ansam plerumque praebiceret, aut ea saltim aleret atque in infinitum duceret episcoporum aëmulatio, parum christiana: facile quilibet intelliget, rarius ibi pugnatum esse de ipsa christiana religionis arce, quam parum curabant isti homines, suis commodis inferuentibus, quam de aliis rebus quibuscumque, quae quanto erant difficiliores subtilioresque, tanto ampliorem dabant concertandi materiam; id quod in rem erat eorum, qui istis rixis abutebantur, ad amplificandam suam potentiam dignitatemque, imminuendam vero aliorum auctoritatem. Hisce autem consiliis minus conuenire videbantur istae quaestiones, quae de rebus ad vitam christianam propriis spectantibus, aliisque facilitioribus, ventilabantur, quae, vt nullo paene negotio confici poterant, ita triumphum pollicebantur parum ad ista consilia vtilem victori, nec admodum gloriosum. Eiusmodi itaque dogmata, nondum acris oppugnata, neque plene ac distincte a doctoribus proponebantur, neque firmo argumentorum probationumque praefidio roborabantur.

§. 28.

Cur, ait Ieo ep. 3, 2. inconveniens aut impossibile videatur, vt verbum et caro et anima, unus Iesus Christus, et unus Dei hominisque sit filius, si caro et anima, quae dissimilium naturarum sunt, unam faciunt etiam sine Verbi incarnatione personam; cum multo sit facilius, vt hanc unitatem sui atque hominis, Deitatis praestet potestas, quam vt eam in substantiis suis obtineat solius humanitatis infirmitas. Desunt haec verba, (vt aliae etiam sententiae huius epistolae) in graeca versione, quam Ballerini, in admonitione huic epistolae, praefixa, suspicuntur ab ipso Juliano Coensi, ad quem datae erant haec litterae,

con-

concinnatam esse; quae autem in graeco desiderantur, consulto omissa esse, ob eas, quae tunc effervescebant, turbas, non absque veri specie coniiciunt. Nimirum vñ erant hac similitudine, ad illustrandam naturarum in Christo vñionem, plures christianorum doctores v. c. *Cyrillus in epistol. synodica ad Nestorium*, quae legitur in *Harduini collect. concil. Tom. I. p. 1283* teqq. Quam facile vero eiusmodi sententiae ab Eutychianis suis opinionibus adaptari potuerint, patet ex fragmento epistolae, quae *Iulio Papae* tribuitur, quod suis ad LEONEM M. datis litteris subiecit *Eutyches*. In hac enim epistola, Eutychianis admodum fauente, haec leguntur: „sicut homo vna natura est, ita et is, qui ad similitudinem hominis est factus Christus.“ *Iulianus* itaque, qui LEONEM scripsisse similia istis videret, de consulto potuit in translatione haec praetermittere, quae Nestorianis potius quam *Eutychi* opposita erant. Hoc sane indubitatum est, abstinuisse ab hac comparatione recentiores plures theologos, qui vñionem naturarum in Christo, neque naturalem neque essentialiem dici posse, statuerunt. Illud etiam extra controveriam est, recte quidem, sed non satis accurate dixisse LEONEM, Verbum et animam et carnem, vnum esse Iesum Christum; modus enim, quo Verbum vnitum est cum corpore humano animato, ob consilii diuersitatem, diuersus est ab eo, quo corpori coniuncta est anima.

§. 29.

Ad describendum, ex LEONIS sententia, *vñionis naturarum* statum pauca haec, quae sequuntur, sufficere possunt. — Salua proprietate vtriusque naturae, et in vnam personam coeunte, natura inuiolabilis vnta est naturae passibili, vt vnu atque idem mediator et mori posset ex uno, et mori non posset ex altero, idemque esset diues in paupertate, omnipotens in abiectione, impassibilis in supplicio, immortalis in morte. Nam vtraque alteri natura ineft, et nihil est alterius naturae, quod non sit vtriusque. Tenet tamen sine defectu proprietatem suam vtraque natura, et sicut formam serui Dei forma non adimit, ita formam Dei serui forma non minuit. Vnius personae sunt

actiones. Agit scilicet vtraque natura, cum alterius communione, quod proprium est: verbo operante quod verbi est, et carne exsequente quod carnis est; quare etiam quid cuius formae sit, ex operum qualitate sentimus intelligimusque, quid sit quod caro sine Verbo non agit, (e. g. mortuos vivificare,) et quid sit quod verbum sine carne non efficit, (v. c. cibum et somnum capere.) Vnum horum corruscat miraculis, aliud succumbit iniuriis; aliud est, vnde in vtroque communis est contumelia, aliud vnde communis est gloria; sed ita sibimet inhaeserunt exaltans et exaltatus, vt siue in omnipotentia, siue in contumelia, nec diuina in Christo careant humanis, nec humana diuinis.

Ex his formulis, quas ex Ep. 28. et 124. et ex serm. 30, 64. 65. collegimus, quibus vero permulta addi potuissent, ista notabimus. I. *Reče* et orthodoxorum decretis conuenienter sensit LEO, de duarum in Christo naturarum communione vera et inseparabili. Addita est huic dogmati a catholicis, determinatio illa, quae saluam esse enunciat vtriusque proprietatem, vt ab Eutychianorum societate, quibus naturarum confusio et in vnam concreto placuisse videtur, se se iungenter. Ipsa autem *περιχορησις* Nestorianorum placitis opposita est: hi enim dignitatis tantum communionem admittere putabantur. II. *Actiones*, quae ab alterutra natura profiscuntur, vtrique *communes* esse dicit LEO. Idem etiam dicendum erit de passionibus, de proprietatibus essentialibus, caeterisque omnibus, quae alterutri naturae, vt *πρωτω δευτερω*, formaliter propria sunt, et quae *Idiomatum* vocabulo acromatici comprehendere solent. Maxime enim vniuersalis LEO NIS est canon: s. 30, 5. Nihil est alterius naturae, quod non sit vtriusque. III. Ex his patet LEO NEM non ignorasse idiomatum communicationem, quamvis vocabuli huius nullum in eius scriptis inueniatur vestigium, neque tria propositionum, quae communicationem innuant, genera, distincte iam ab ipso numerentur. Plerumque loquitur de communicatione apotelesmatum, quae ad officium Christi respiciunt, et tertium genus constituunt: sed caetera genera non proorsus praeterit silentio. De secundo sane, quod diuina axiomata

mata humanæ naturæ collata enuntiat, luculentum est testimoniū ep. 124, 7. Quicquid in tempore accepit Christus, secundum hominem accepit — humana ergo humilitas in gloriam diuinæ potestatis eiusa est; atque ferm. 30, 5. et Verbum in Christo homine, et Christum hominem adoremus in Verbo; et ferm. 24, 3. indefiniter ipsum partum salutiferae virginis adoremus. IV. Quid? quod propositionum idiomatricarum satis aperta fiat mentio, ep. 28, 5. 124, 7. et ferm. 47, 2. vbi exempli causa has adserit: filius hominis descendit de caelo; filius Dei, (vt haec phrasis hic significare solet,) est crucifixus et sepultus, (id quod, vt monet LEO, in ipso symbolo confitetur); Dominus maiestatis cruci est affixus; ille, qui aequalis est Deo, exaltatus est. Rationem autem cur huiuscmodi elocutionibus, quas ipsa scriptura nobis praeiuit, vti liceat, hanc profert, quod una sit persona in utraque natura, quare nec sine homine diuina, nec sine Deo acta sint humana. Nihil ergo interesse docet, ex qua Christus natura nominetur. Hinc etiam in scriptura sacra, quamvis ea quea differuntur, alia sint humanitatis alia Deitatis, sub nomine tamen filii hominis (aliis vero in locis sub nomine filii Dei) utraque memorantur. Propositione quidem, nostris theologis visitata: *Deus passus est*, a LEO nusquam, quantum obseruare mihi licuit, disertis verbis usurpata est. (53) Saepissime contra Eutychianos (vnam naturam, adeoque passibilem afferentes ep. 124, 2.) monet, ipsam Verbi essentiam passioni mortique non esse subdendam; nam impassibilem

(53) Auctor epistolæ anonymous, qui Eutychis litteras ad LEONEM M. datas refutare conatus est, omnino negat Deum passibilem nominari posse. Concedit tamen, Deum in homine a se suscepisse, iniuriam esse passum, quamvis passionem non sustinerit. Nam, inquit, qui indumentum consernit, et induit facit iniuriam. — Si ingenuo nostram de hac formula sententiam exponere nobis licet, profitemur quidem veritati eam esse consentaneam, quoniam I. C. qui verus Deus est, cruciatus atque mortem in sua carne perpessus est. Attamen cautione opus est, ne imprudenti talium carminum ad plebem vsu, rei christiana plus detimenti aferamus quam utilitatis. Neque illi laudandi sunt, qui ciusmodi formulis, quamquam veris, (quod saepius dicendum est) tantum tribuant, vt sine illis negent quemquam, aut verum christianum esse, aut consequi posse aeternam felicitatem.

bilem esse Deitatem, eamque fuisse quidem in dolente, non autem in dolore. serm. 68, 1. et l. 65, 1. 3. docet, Deum esse impalabilem, sed carnis supplicia redundasse etiam ad impassibilem, quia merito ei dicantur illata, quae in eius corpus sunt admisfa. Idem itaque ille, qui verus Deus est et verus homo, in sua veritate fuit inuiolabilis, in nostra infirmitate passibilis; ep. 35, 2. conf. serm. 54, 2. et vera diuinitas veris se humanae carnis *sensibus* induit. serm. 65, 2. V. Vnius, ut diximus, personae sunt actiones; sed duplex est *ἐνεργεία*, *duplex actionum principium*. Saepe atque sollicite hoc LEO inculcat, utramque φύσιν operari ea *ἐνεργημάτα*, quae formaliter vni ipsi propria sint; distinctas igitur esse vires, licet non separatas. Opponuntur haec Eutychis sequacibus, qui dum duas in Christo naturas negarent, duas sane *ἐνεργείας* sibi persuaderi non patiebantur. Quum vero pleraque, quae modo vidimus, bene ac sapienter, ad haereticorum errores excludendos, constituta sint seculo demum quarto aut quinto exortos; mirum videri debet nemini, cuncta fere ista decreta de Christi persona, quibus orthodoxi omnes postea subscripterunt, ante haec tempora aut plane esse inaudita, aut multis saltim christianis doctoribus penitus ignota, aut aliter quam nunc fit a nonnullis, etiam catholicis, proposita fuisse.

§. 30.

Sed de iis rebus, quae ad Christi personam atque incarnationis unionisque modum pertinent, satis expositum videtur. Sequitur, ut has LEONIS sententias persequamur, quibus *duplicem statum Christi* describit. Ad *exinanitionem* quod attinet, praecipui in quibus de ea agit loci, hi sunt. ep. 28, 3. 4. ep. 124, 7. l. 25, 2. 29, 2. 37, 2. 65, 2. 72, 5. ex quibus inter se collatis colligimus:

I. LEO NEM sub exinanitionis statu complecti ipsam etiam Verbi incarnationem, siue eum actum, quo natura humana, e fanguinibus Mariae virginis formata, in unionem hypostaseos a verbo est assumta. Ad humilem enim istum statum refert et hoc, quod creator ac Dominus omnium rerum unus voluerit esse

esse mortalium, et inuisibilis visibilem se praebucrit. ep. 28, 3.
 Quae est, inquit, eius exinanitio, quaeue paupertas, nisi forma
 eae seruilis (naturae humanae) acceptio? ep. 124, 7. Et ferm.
 37, 2. sub vna eademque maiestatis inclinatione hoc suscepimus
 esse docet a filio Dei, vt a homine vellet nasci, et ab homini-
 bus posset occidi. Plerique cum nostro consentiunt primorum
 seculorum patres, exinanitionis subiectum quo reputantes
 Deum verbum. Sic v. c. *Origenes de principiis L. II. c. 6. §. 1.*
 eminens, ait, omnium ista natura, exinaniens se de statu ma-
 iestatis sua, homo factus est. *Gregorius Niss. Orat. I. de beatit-
 tudine (quae citatur in concil. chalc. p. 1407.) ad Philip. 2, 5.*
 exclamat, τι ταπεινοτερον ἐπὶ του Βασιλεως των ὀλων, η το εἰς
 κοινωνιαν της πτωχης ἡμων φυσεως ἑπουσιος ἐλθειν. De eodem
 Gregorio obseruauit S.V. PRAESES introduct. in Baumg. Pole-
 mic. Tom. III. p. 311. dixisse eum, euacuari (κενοῦσθαι) diuinit-
 tam, vt capere eam possit humana natura; cum quibus con-
 cinit Hilarius Pothav. L. 9. §. 14. edit. Froben. p. 160. accipere
 formam serui, nisi per euacuationem suam, non potest qui mane-
 bat in Dei forma, non conueniente sibi formae utriusque con-
 cursu; h. e. sine praecedente euacuatione impossibilis fuisset in-
 carnatio, ob nimiam naturarum disparilitatem. Huius erroris
 procul dubio occasio fuit, praeter ignorantiam verae rationis,
 qua idiomata diuina cum humana natura communicantur, fal-
 fa, sed omnibus, quantum mihi quidem obseruare contigit,
 patribus communis persuasio, de phraseos μορφη δουλου Phil. 2, 7.
 significatione. Si enim vocabulum μορφη eo significatu accipi
 debet, vt *naturam* denotet; fatendum omnino est, ad κενωσιν
 referri a Paulo naturae humanae ipsam assumptionem. Verum
 grauissimae obstant rationes, quomodo istam interpretationem
 nostram nunc facere possimus. Nam neque in Verbum, ante-
 quam incarnatum fuit, vlam putant catholici cadere potuisse
 exinanitionem, cuius subiectum quo natura sit humana in vno-
 ne personali considerata; neque etiam verbum, quod Deus est,
 arbitrantur dici posse, in *forma* esse Dei, aut ειναι iota Θεος; quam-
 uis Athanafius aliique antiquiores patres de diuinitate Christi
 istas interpretari soleant locutiones. Ad diuinam itaque natu-
 ram

ram formaliter non magis pertinet exinanitio quam exaltatio. Cum vero alias LEO ea quae utriusque naturae sunt propria accurate atque orthodoxe distinguat, imo aperte profiteatur, serm. 21, 2, summae et aeternae essentiae naturam non recipere diminutionem et varietatem: mirandum sane est, eum sibi non cauisse ab hoc errore. De caeteris quidem exinanitionis gradibus satis accurate differit, omnesque et actiones et passiones, quae eo referri solent, naturae humanae absqueulla haesitatione assignat: sed in hac re documentum nobis reliquit, quanta in hominum animos vis sit erronearum scripturae interpretationum praeconceptrarumque opinionum, imo etiam formularum antiquitus receptarum. Vix vero admittenda videtur excusatio aut a latiori vocabuli significatione, aut ab humilitate rerum quae ἐνοργωστι circumstabant, petita.

II. *Exinanitionis forma*, si ea ex LEONIS mente est describenda, in eo posita fuit, partim ut saluator se abdicaret, non ab ipsa quidem diuina maiestate, sed a perpetuo, pleno atque glorioso diuinarum perfectionum et dignitatis usu; partim ut ipsam hanc maiestatem cum humana natura communicatam, occultaret. Non enim est defectio potestatis, exinanitio ep. 28, 3, neque ab aequalitate paternae gloriae filius Dei unquam recessit, cap. 4. sed intra semetipsam continuit et claritatem suam et potentiam immutabilis Deitas, l. 29, 2, ut, verbi maiestate velata, dispensatio humanae redēctionis impleretur. ep. 124, 7. Propter nostram infirmitatem extenuauit se, incapacibus sui, et velamine corporis splendorem maiestatis suae, quem visus hominum non ferebat, obtexit. Hinc exinanisse se dicitur, tanquam se propria virtute euacuauerit, dum in ea humilitate, qua nobis consuluit, non solum patre, sed etiam seipso (alia enim est persona,) factus est inferior. Sed hoc ipsum praelestari ut potuerit, diuina omnipotentia opus erat. l. 25, 2.

III. Sigillatim aliquid addere luet, de quibusdam huius status momentis. 1) Derelictionem Christi in cruce, si LEONIS iudicio standum esset, non ita intelligere liceret, quasi ab eo relinqui potuisset, a quo non poterat separari; cum in tantam ynitatem

vnitatem Dei et hominis natura conueniret, ut ne suppicio quidem potuerint dirimi. Quemadmodum ergo non aberat a patre filius nec a filio pater, ita etiam caro non diuidebatur a Verbo. Reliquit tamen eum (Christum) non solum Pater, sed etiam ipse se quadam ratione deseruit, voluntaria scilicet cessione. Nam nisi continuisset se ab impiis crucifixi potestas, sed vti voluisse Christus virtute manifesta, non potuisset humani generis redemptio perfici. Igitur vox ista: *Deus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti*, doctrina est, non querela (54). Nostra enim intererat intelligere, cur caro, pati metuens, Matth. 26, 39, non fuerit exaudita, id est relata. Docet itaque Christus, potestatem redemptoris nihil conferre humano generi, si quod petebat, nostra obtinuisse infirmitas, serm. 67 et 68. Doloris itaque tristitiaue acerbissimum sensum, peccatorum nostrorum, quae Christus tulit, proprie dictam poenam, in derelictione non agnoscit LEO. Concinunt alii rei christianae statores antiquiores. *Hilarium Piłav.* praetermitto, qui, verum doloris sensum in Christo prorsus negans, derelictionem in separatione verbi a corpore posuit. Comment. in Matth. cap. 33. p. m. 434. *Gregorius Nazianz.* serm. 4. de theologia edit. Colon. 1690. T. I. p. 580. arbitratus est, figurata hic tantum esse ea, quae nostra sunt (*τοιημετερον*); nos enim eramus derelicti. Timebant scilicet isti homines, ne nimis abie-

I 2

de

(54) Cum his probe concordat interpretatio querelae similis, quam a Domino in horto Gethsemani emissam memoriae prodidit Matthaeus cap. 26, 38-39. Quibus verbis, quandam formidinem profitentibus, Christum nostrae infirmitatis affectus participando curasse, et penalis experientiae metum subeundo pepulisse existimat LEO l. 99, 4. qui remedii tantum h. l. mentionem facit, expiationis vero, quae ad Deum referatur, ne verbulo quidem meminit. Aliter ista verba, quibus derelictum se esse a Deo queritur dominus, exponit *Leporius*. Putat scilicet hic ipsum esse Christum quasi carnis ipsius voce; *corpus* iam mortuum indicasse his verbis, (per προληπτικόν), se a Deo et anima esse relictum et vere mortuum; posuisse autem Christum (sive potius corpus Christi mortuum, quod hic quasi loquens inducitur) praeteritum pro futuro, quoniam mortui loqui non solent, et tamen sine isto indicio nemo veram Christi mortem crediturus susteret.

Et de Iesu Christo Dei filio loqui viderentur, et animos hominum, Christianae religioni infensorum, prorsus ab ea abalienarent, si, ut iam posteriores solent, de sensu mortis aeternae poenarumque infernalium haec verba exponerent. Accedit, quod temporibus L E O N E anterioribus, de satisfactione Christi vicaria, et poenis nostro loco ipsi irrogatis parum accurate cogitauerint plerique christiani. Quatenus vero L E O cum ceteris ecclesiae priscae doctoribus hac in re concordet, ex illis iudicari poterit, quae spha 39. dicemus. 2) In triduo mortis anima Christi descendit ad inferna, sed caro requieuit in sepulcro. ep. 15, 17. Verum sicut nec carni nec animae defuit ullus temporis puncto virtus verbi, ita quoque id, quod erat mortuum, resuscitatum est per id, quod non poterat mori; per diuinam Christi naturam. ser. 70, 3. (55)

§. 31.

Exaltationis status totus ad humanam Christi naturam pertinet, et ἐμοντος Dei filius non nisi ob naturarum communio- nem arctissimam exaltatus dici potest. Ep. 124, 7. Etenim nunquam creatori suo non fuerunt subiecta quae condidit. Ep. 59, 3. Quare quicquid in forma serui a Patre accepit, eadem in forma Patris etiam ipse donavit. ep. 124, 7. Saepius haec urgentur contra Eutychem, qui dum vnam του λογου ἐνσημνου Φυση defendebat, non poterat non, ut L E O quidem inde cogit, eidem naturae exaltationem attribuere, cui ex omnium consensione per se infinita competit maiestas. Tanto magis vero est mirandum, L E O N E M, dum doceret naturam diuinam exinanisse se suscipiendo carnem, in eundem fere errorem incidisse, quem admisisse creditur Eutyches, statuens diuinam naturam suam exaltatam.

§. 32.

(55) Recius quam multi patres de hac re differit L E O. Leporius v. c. in libell. satisfactionis, cui ipse etiam Augustinus subscripsit, cum aliis episcopis Africani, putat terrenum corpus necessario fuisse per mortem crucis pro tempore retinendum non solum a Deo, verum etiam ab anima sua, quae erat unita cum Deo. „Non crucifixum hominem in poemam, sed examinem carnem deseruit, etc.

§. 32.

Supereft, vt de *confilio*, quo filius Dei humanam naturam sibi vniuit, duplēcēmque exinanitionis et exaltationis statum experiri voluit, aliquid dicamus. Solent recentiores christianae religionis administrī istas utilitates omnes, quae per Salvatorem in genus humanum redundarunt, ad tria genera referre, quia triplici functionum genere mediatorem ea, quae ad salutem hominum pertinent, peregisse statuunt. Alii itaque beneficia per ipsum nobis obtingere docent, quatenus *sacerdotis* officio perfungitur, alia in quantum *prophetæ* munia obiit, alia denique quatenus *regnum*, cum in omnes res creatas, tum in primis in ecclesiam capessiuit. Sed aliud secuti sunt tropum pædiis antiquiores theologi, in quorum grege L E O etiam est annumerandus, qui sacerdotem et prophetam et regem esse ac dici posse Christum, neutquam quidem negat, verum isto tamen, nobis vistato, beneficia per Christum parta recensendi ordine, in scriptis suis vitur nusquam. Officium Salvatoris propheticum ac regium perraro et leuiter admodum attingit, quo fit, vt valde parcus sit in tractandis nonnullis, quae nos ad munus Christi mediatorium referre, et locupleti oratione exponere solemus. Contra ea, habet haud pauca, quae vix sub triplici illo functionum genere comprehendi possunt. Quamobrem confido fore, vt omnes theologicarum causarum aequi aestimatores, qui quanti momenti haec quam ago res sit, rete perspiciunt, non prorsus vituperent eam, quam huic materiae impendere constitui, operam. Omni itaque diligentia, quantum per libelli angustos limites licet, accurate inquiram, quaenam sint eae rationes, propter quas L E O M. necessariam reputauerit την τοι λογου ἐνσημωσιν, et quosnam fructus ex incarnatione, vita, passione, morte, resurrectione etc. Christi, in homines redundare existimauerit. Antequam autem ad specialiora pergam, aliquot afferam formulas, quibus omnia per Christum nobis parta beneficia complectitur L E O. Totum, ait, quicquid in Christo et virtutis diuinæ est et infirmitatis humanae, ad nostræ reparationis tendit effectum. ep. 28, z. 16, 3.

I 3

Aliter

Aliter enim nulla posset caro saluari, et nemo tetram *diaboli dominationem* euaderet, nec cuiquam aut *reconciliatio* ad veniam, aut redditus pateret ad vitam, nisi filius Dei etiam hominis filius esse dignaretur, serm. 52, 1. per quem nobis est *sacrificium redēptionis*, *abolitio peccati*, et ad aeternam vitam initium resurgendi. serm. 48, 1. *Medicina aegris*, (⁽⁵⁶⁾) *reconciliatio reis*, *redētio impensa* est captiuis; l. 56, 1. in redēctione Iesu Christi et *salus* est et *iustificatio*. serm. 52, 1. Gloria enim dominicae passiōnis omnes nos et redemit, et docuit (exemplō,) (⁽⁵⁷⁾) vt vnde datum est *prētium*, inde et *iustitia* (in haesia, forma iustitiae quam sequeremur imitando, serm. 62, 5.) sūmeretur. serm. 63, 1. Ab omnipotenti medico duplex nobis remedium praeparatum est, cuius

(⁽⁵⁶⁾) Venit e coelo Christus medicus singularis, serm. 64, 1. vt contagia nostra auferret, vitiis medereretur, languorem corruptionis et vniuersa ulcera sordentium curaret animorum, nouamque impollutae sinceritatis *gratiam corporibus humanis* inferret, et superandis carnis illecebris multiplicatam pudicitiam donaret virtutem. l. 22, 2. Ad corpora etiam referat gratiam LEO, non solum quia immortalitatem iis per Christum rursus partam esse existimauit, verum etiam quia animae languores magna ex parte deriuare solet ex corporeis infirmitate. l. 71, 6. Gratiam itaque h. 1. informat seruim aliquam *physicam*, quae corruptionem superat corporis.

(⁽⁵⁷⁾) Alium locum, quem haud praetermittendum putamus, de doctoris provincia, quam Christus administravit, hic indicabimus e serm. 23, 3. „Vt a mundanis renocaremur erroribus, ipse ad nos descendit — Ad auferendum Iudibrium quo captiuae mentes superbienti diabolo, (falsi nominis scientia homines fallenti) seruiebant, non sufficiebat doctrina legalis nee per solas cohortationes propheticas poterat natura nostra reparari; sed adiicienda erat veritas redēctionis moralibus institutis, et offerenda erat pro reconciliandi *hostia*,. Reclite vtrumque coniungitur, cum sine altero neutrū nobis potuisset prodesse. Sed singularem ob causam vtrumque LEO connectit. Qum scilicet diabolo iultum in homines ante Christi redēctionem imperium tribueret, non potuit non opinari, nihil profuturam fuisse hominibus liberationem ab erroribus, nisi simul in libertatem vindicarentur a diaboli, errorum auctoris, tyrannde. Caeterum memorabilis est Hilarii Piëtati, de provincia, quam Christus administravit, sententia: Proprīum, ait, Domini nostri I. C. officium est, cognitionem Dei afferre, et intelligentiam nominis eius potestatisque praeflare. *Comment. in Matth. cap. 23.*

cuius aliud est in *sacramento*, aliud in *exemplo*. serm. 67, 5. Posse
tent nonnulla adhuc ex serm. 22. his addi, sed ad specialiorem
potiorum momentorum tractationem progredimur.

§. 33.

I. *Iesu Christus redemit homines a potestate diaboli et mortis.*
Diabolus non immerito sibi in omnes homines *ius tyrannicum*
vindicabat, nec indebito dominatu premebat, quos a mandato
Dei *spontaneos* in obsequium suae voluntatis illexerat. Poterat
quidem maiestas filii Dei creaturam, ad imaginem diuinam con-
ditam, a iugo diri dominatoris sola Deitatis virtute liberare: sed
non *iuste* amitteret originalem humani generis seruitutem tyran-
nus, nisi de eo, quod non sine liberi arbitrii consensione sube-
gerat, vinceretur. Multo vero minus causam laporum sola age-
re potuit natura mortalium, quoniam non exueretur a condi-
tione, quae libera non esset a gehere. Deus itaque, cuius vo-
luntas non potest sua benignitate priuari, primam erga homi-
nes pietatis suae dispositionem *sacramento occultiore* complevit.
Filius igitur Dei, natus est homo verus nobisque *δμος τοις*. Na-
tus vero est ex virgine, partim ut esset absque omni contagione
peccati, partim ut natam humano generi salutem *ignoraret* (58)
diabolus. Cum itaque saluator sic susceptionis humanae mode-
raretur exordia, ut Deitatem (virtutem inseparabilis a suo ho-
mene deitatis) per velamen nostrae infirmitatis *absconderet*, illusa
est securi hostis astutia, qui sciens, quo naturam humanam in-
ficiisset veneno, nequam credidit primae transgressionis ex-
fortem, quem multis tentaminum generibus (59) didicerat esse
mor-

(58) Idcirco e virginē *desponsata* nasci voluit saluator, vt ne diabolus in vir-
gine concepto θεον τι subolaseret. Sic ex antiquioribus multi graeci la-
tinique philosophati sunt; fecuti, ut videtur, aliquam παρεργοστιν, quae,
pro rerum et temporis ingenio, hominum quorundam praecognitis op-
nionibus aliquid concessit, quod ab aliis, alio in loco et tempore, non
erat studiosius repetendum.

(59) Solent etiam multi partes tentationis historiam Matth. 4. et Luc. 4. ita
exponere, ut et Satanam idcirco flatuant tentasse Dominum, ut experimen-
to cognosceret, quis sit ille homo plane singularis, morum sanctitate caete-

mortalem. Vedit plane singulares Iesu Christi virtutes; quare securum se fore credidit de perpetuitate sui *iuris*, si nulla iustitiae merita mortis iura superare potuissent⁽⁶⁰⁾. Perstitit ergo improbus praedo et auarus *exactor* in eum, qui nihil morti debbat, insurgere; et dum viatiae originis praeiudicium generale persequitur, *chirographum*, quo nitebatur, *excessit*, ab illo iniquitatis exigens poenam, in quo nullam reperit culpam, Soluitur itaque letiferae *paetionis* malefusata *conscriptio*, et per *intusitiam plus* petendi totius debiti summa vacuat⁽⁶¹⁾. Sic in redemptoris *ius transit* *pactum captiuitatis*, et diaboli destrunctus est principatus. Ligato autem mundi principe, captiuitatis vasa rapiuntur; Christus iis victoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphavit; et effusio eius sanguinis tam diues fuit ad pretium, ut si vniuersitas captiuorum in redemptorem suum crederet, nullum diaboli vincula retinerent. ferm. 22, 1. 3. 4. 56, 1. 62, 3. Ep. 28, 2. 124, 7. etc.

Mortem simul sua virtute destruxit saluator, dum vicit diabolum, qui mortis habebat imperium, omnesque hominum genera-

ros omnes longe antecedens; et Christum eam ob rem *oeconomice ac κατίσματι* contendunt respondisse diabolo, ne hic se filium Dei esse certato posset rescire. Similia LEO etiam narrat f. 40, 3. 42, 3.

⁽⁶⁰⁾ Alter alii. *Origenes* v. c. putat principes mundi (habentes singuli sapientias suas et adiutantes dogmata sua variaisque sententias) iratos suis, eum viderent Dominum praedicantem, se ob hoc venisse, ut destrueret omnia illa quaecunque essent falsi nominis scientiae dogmata. *De principiis* 3, 3. T. 1. p. 143.

⁽⁶¹⁾ Plane concinunt *Hilarius Pictau*, *Ambroſtaſſer*, *Pacianus* aliique; sed paulo aliter mente conceperat rem *Basilius ad Ps. 48*, (hebraic. 49,) 8. qui diabolo *persuasum* esse fingit, ut captiuos suos seruos *ultra ac lubenter* (ἐκπονεῖ) dimitteret, pro λύτρῳ a redemptore ipſi oblato, quoniam longe maioriſ pretii hoc esse putauerit, quam omnes, quos captiuos detinebat, homines. Eodem modo alii etiam patres hanc hypothēſin informarunt. In eo vero plerique v. c. *Origenes*, *Gregorius Niss.* etc. conspirant, λύτρον (animam Christi) non Deo patri datum esse, sed diabolo. Lectu etiam digna sunt, (historias cauſas,) quae de λύτρῳ disputat *Gregor. Nazianz.* orat. 42, quae secunda est in Pascha. num. 48. Et in *Photii bibliotheca* cod. 673. ex Stephani Gobari *Tritheitiae* libro pag. 476. edit. Hoefschel. recentetur quasi problema, vtrum Deo an diabolo Christus λύτρον dederit; quia patrum diuisae fuerunt sententiae.

nerationes mortali sibi lege subiecerat. Quia itaque gloriabantur seductor, hominem immortalitatis dote nudatum, duram mortis subiisse sententiam et ab aeternitatis arce esse deiectum, leges inferni moriendo subiit redemptor, secreta usus dispensatione (*κονοεμαν* graeco nomine dicunt); sed resurgendo easdem dissoluit, et ita perpetuitatem mortis incidit, ut eam de aeterna faceret temporalem. Nam temporali sua morte aeternae mortis vincula disrupti, et per resurrectionem non solum animae, sed etiam corporis immortalitatem declarauit, quia aliter nunquam valuerit ad aeternitatem redire mortalitas⁽⁶²⁾. Natalis itaque Christi, natalis fuit vitae. Nam sicut per Adamum mors, ita resurrectione mortuorum est per Iesum Christum, qui letale chirigraphum diluit, dominationem principis mundi e corporibus elecit, et nouam impollutam sinceritatis gratiam humanis corporibus intulit. l. 21. 22. 59. 8. 62. 3. 64. 2. 69. 3. 70. 1. 3. 4. 73. 2. ep. 28. 2. 3. 165. 4. 9. etc.

§. 34.

Paulo verbosiores in describenda hac hypothesi fuimus, ut luculento specimine uno in medium prolati, de aliis multis dogmaticis hypothesis tam vetustioribus quam recentioribus, earumque indole generatim, facilius et rectius iudicari posset; quod quidem tanti momenti esse arbitramur, ut si aut plane negligatur, aut minus fiat liberaliter, insigni ad religionis christianae iustum modum penitus perspicendum adiumento nos fraudari existimemus. Ea scilicet semper fuit, ut omnis cognitio humanae, ita in primis scientiae quae de Deo rebusque diuinis

(61) Huius hypotheseos factores plena enumeratione recensere qui velit, illi quam plurimorum patrum antiquorum nomina longo ordine essent recitanda. *Immortalitatem*, per Adamum amissam, reparatam esse Christi beneficio, consona est omnium sere vox, licet in definiendo medio discrepent, per quod haec gratia hominibus iam actu adipicetur. Plerique per sacram coenam, (quam ideo infantibus etiam statim post baptismum, portigebant,) fieri hoc existimabant: nec tamen deerant, qui baptismatis potius hanc esse efficaciam arbitrarentur, ut per illud ad *αὐγαυταν* ac *ἀφθαρταν* regenerentur, quotiquaque sacro fonte abluantur,

uinis exponit, sors, vt *viciſſitudinibus* subiecta fuerit innumeris, et pro vario locorum, temporum atque hominum ingenio, varia et ipsius fuerit conditio. Non ita multo post Christi e terris abitum, in contrarias christiani discesserunt sententias, multaeque exortae sunt *haereses* h. e. hominum societas, qui de rebus *theologicis* aut *christianis* ⁽⁶³⁾ lecūs sentiebant, quam *οἰ πολλαχοί*, et proprias suas sequebantur hypotheses. Romanus vero episcopus, aulico plerumque fretus fauore, aliarum sedium praeſulibus in consilii societatem adsumtis, arrogauit sibi hoc, vt ad suae doctriinae trūcīnam, christianorum omnium fidem expenderet, omnesque ab ista normā paulum recedentes, non modo catholicorum christianorum s. ecclesiasticorum, sed etiam orthodoxorum (quasi catholica ecclesia, maior christianorum pars, semper recte et sentiat et agat) titulo spoliaret, eosque, quae erat illorum hominum temporumque inhumanitas, diabolo tradideret, extra ecclesiam, catholicam illam, non esse salutem decernens ⁽⁶⁴⁾. Rebus ita se habentibus, in sumمام inuidiam haereticorum adductum est nomen, sensimque denotare coepit christianos, erroribus aeternam salutem impedientibus, pertinaciter deditos. Ab his itaque vt se manifeste non solum se iungenter, sed iis etiam felici successu contraire possent catholicī, nouas subinde hypotheses excogitarunt, et melioribus vtilio-

⁽⁶³⁾ *Theologiam* publicam hic distinguimus a *religione christiana*, priuata maxime. Posterior haec ad omnes christianos pertinet; prior illa ad doctores spectat, et recte in erudita fanae religionis adiuvandae cognitione ponitur. Hinc porro colligimus, concertationes inter christianos ortas, referendas esse vel ad hanc, vel ad illam. Vtrunque dissensionum genus *haereses* nomine hic complectimur, quia ecclesiastico stilo sic dici solet. Potest enim argumentis exceptione maioribus evinci, non omnes, qui *haeretici* numerantur, errasse in ipsa a Iesu Christo et apostolis tradita *religione*, quae doctrinis de Deo et hominum cum eo coniunctione, in sacra Scriptura discrete expositis, et ad salutem, emendationemque salubrem scitu necessariis, continetur; sed multos dissensisse tantum in rebus, quae ad eruditam religionis traditionem pertinent, et proprium subactioris ingenii usum oceupant.

⁽⁶⁴⁾ Per excommunicationem putabat Leo animam, pro qua Chirilli sanguis effusus est, fanciatam et inermem quodammodo, ex tamque omniminime, diabolici incursum, vt facile caperetur, obici. Ep. 10, 8.

lioribusue repertis, a vetustioribus discesserunt⁽⁶⁵⁾. Ita evenit, vt dogmata sua curatius definirent, eaque nouis firmioribusque argumentis confirmarent, et innumera conquerirent, quibus haereticorum hypotheses conuelli existimabant; quae quidem studia, vti insignem attulerunt theologicae eruditio-
nem, copiam certe et diligentem rerum distinctionem, ita summis laudibus merito sunt celebranda. Ista vero sunt, quae censuram mereri videntur: alterum, quod rationes post-
positae saepe fuerint auctorati, mandatis, vi; alterum, quod isti homines interdum ausi sint, omnes omnium temporum chri-
stianos ita hypothesis suis et formulis adstringere, quasi mi-
nus liceat aliis, quam ipsi sibi licitum esse recte intellexerunt. Sed protestantes tandem ecclesiae acerbissimum illud jugum excusse-
re. Antiquissimis quoque temporibus, inter eos etiam qui catho-
licae fidei vindices se professi sunt, non defuerunt nouarum hypo-
thesium auctores, quos vero quoniam in doctrinis, vt ita dicam,
symbolicis, publicis certe dogmatibus, orthodoxorum secuti sunt
decreta, nemo unquam haereticis accusuit⁽⁶⁶⁾. Hanc vero in-
credibilem opinionum de rebus theologicis varietatem, non est
quod quis miretur, nisi forte aut omnem theologicae eruditio-
nis

K 2

(65) Rem exemplo declarabimus. Constat inter omnes, antiquissimos patres non paucos, inde a *lufino Martyre* docuisse, indignum esse Deo Pa-
tre, τῷ τῷ ὀλόν θεῷ, ingenito, invisibili (Ioh. i, 18.), vt descendisse
et apparuisse Patriarchis in V. T. dicatur; sed filium saepius videndum se
praebusse Adlatu, Abrahamo, Moysi, aliquis. Hoc vero cum Ariani ita
exponerent, et filium non eiusdem qua Pater est, sed ignobilioris naturae
esse inde cogerent, et orthodoxos hac ratione premerent, placuit catholicis
posteriorum seculorum Patribus nonnullis, sententiam antiquitus defensam
deserere, itasque apparitiones angelis tribuere creatis. Landauit Rich. Simon et
Quesnellius Augustini locum de trinit. libr. 2. et 3. ubi recentior haec hypo-
thesis magna contentione assertur. Sed LEO M. cui sane neque Arianorum
oppositiones, neque Augustini scripta ignota esse poterant, antiquorem
sequitur hypothesis, et Ep. 31, 2. *filium Dei* dicit patriarchis et prophetis
apparuisse, sermones cum iis conferuisse, appositum cibum sumisse etc.

(66) *Facundus herman. pro defensione 3. capitul.* Lib. 12. „Etiam Apo-
stolorum tempore multi ignorabant aut aliter sentiebant, quam veritas (a
nobis scilicet perspecta) fuit, tamen catholici.“

nis ambitum ex compendii alicuius modulo metiatur, aut quae sit humanae intelligentiae indoles prorsus ignoret. Per ipsam, inquam, intellectus nostri naturam non eadem sentire possumus omnes. Qui ea quae tantummodo creduntur ab aliis, ipsi audent mente complecti, et intelligendis rerum theologicarum rationibus ac perspicioendo dogmatum nexui, qui multiplex esse potest, operam dant; neque cuncti aequalibus a natura praediti sunt animi dotibus; neque iisdem omnes imbuti opinionibus ad theologiae tractationem accedunt; neque iisdem adminiculis aequa bene omnes vtuntur; neque tandem eadem cuncti sequuntur consilia. Sed nihil fere plures peperit dogmaticas hypotheses, quam eruditionis humanae, pro temporum indole, varia ratio, placita philosophorum, opinionesque vulgariter receptae, de rebus pneumatologicis, psychologicis et moralibus. Qui enim de his aliter sentiebant quam caeteri, aut omnem omnino proprium cogitandi usum debebant eiurare, aut profecto decretis theologicis aliorum hominum, qui oppositas sequebantur *évidentes*, et aliis ministeriis consiliisque religionem christianam adjutum ibant, subscribere non poterant. Iti contra facile in theologiae alicuius quaestions definitione concordabant, quorum erat eadem, de aliis cognitionis humanae partibus sententia. Mirum itaque videri potest nemini, quam plurimos olim christianorum doctores magno consensu consiprassfe in afferendis quibusdam hypothesisibus, quas postea, mutato eruditionis humanae statu, nemo magnopere defendit.

§. 35.

His annumeranda est etiam ista, quam descripsimus, de redēptione hominum a diaboli ac mortis potestate, hypothesis. Tantum non omnes priorum seculorum patres ei fauent, et quamquam nonnulli aliquid aut detraxerint, aut mutauerint, aut de suo addiderint, in re tamen ipsa, diabolum a redētore, diuinam suam virtutem occultante, deceptum esse, inter se conueniunt (⁶⁷). Neque catholici tantum doctores his *évidentes* dele-

cta-

(⁶⁷) Otium fere nobis hic fecit S. V. PRAESES, qui in dissertationula, qua dicim

Etabantur, sed haereticorum etiam familiae nonnullae, eae prae-
fertim quae γνωστοι auctorio dediti erant, similia fere sibi finxe-
runt commenta, de secreta aliqua dispositione, per quam im-
perium spiritualium potestatum, saluatoris personam ac prouinciam
ignorantium, abolitum sit. Simonem⁽⁶⁸⁾ (si quidem hunc
annumerare huic gregi licet) atque Basilidem talia commentos esse
docet Irenaeus, *contr. haer.* L. I. c. 23. §. 3. et cap. 24. §. 4. Mar-
cion etiam multis argumentis, vel e sacro codice desumtis, pro-
bare ausus est, Deum Iudeorum, *iustum illum quem a bono*
Deo distingueret, eique mundi creationem tribuere solebat,
Christum per Iudeos cruci affigendum ex ignoratione curasse,
„nesciens, ὅτι ὁ Ιακώβος τοις ἀγαθοῖς σωργεῖται ἀνθρώπων ἐγένετο. „
conf. *Origenis*, si placet, *Dialog. contra Marcion.* sect. 2. et *Beausobre*
bij. crit. Vol. 2. p. 110. Hi vero homines, cum de saluatori
longe aliter sentirent, quam catholici, neutiquam quidem po-
tuerunt totam illam hypothesisin, vt v.c. LEO eam describit,
suam facere: at vsi tamen sunt huiusmodi ἐννοίας, quas varie et
inter se et cum aliis combinabant, ad stabiliendas, quantum po-
terant, suas opiniones. Multorum quoque apocryphorum libro-
rum auctoribus adinodum placuit ista hypothesis. *Euangelium*
praeferimus, quod Nicodemi nomen praefert, copiosissime rem
exponit, eamque cum Christi descensu ad inferos coniungit.
Vid. *Fabijii cod. apocr.* N. T. P. I. p. 276. seqq. *Testamenta vero*
XII. Patriarcharum, cum non solum antiquiora sint ista scriptio-

K 3

ne,

diem Salvatoris natalem pie colendum academicis ciuibus 1764. indixit, de
vetustissimorum quorundam egit ἐννοία, humana Christi natura studiosius
impositum suffit diabolo. Recenset autem huius opinionis adsertores, e
gracis, Clementem Alex., Irenaeum, Ignatium, Origenem, Athanasium,
Basilium, Gregorium Naz. et Nyss. etc. e latinis vero, praeter LEONEM,
laudat Hilarius Pietau, Hieronymum, Augustinum, Maximum denique tau-
rinensem. Quae igitur ibi a Viro incomparabili disputata sunt, hoc trans-
scribere non opus est. Inter omnes vero, quorum nomina hic enumeravimus,
a LEONIS νομιμati proxime absit *Gregorius Nyssenus*, in libro
qui inscribitur λόγος κατηχήτης ὁ μεγας cap. 22. seq.

(68) Conf. *Tertullianus de anima* c. 34. qui ita exacte cum Irenaeo Lib. I.
cap. 23. concinit, vt vel alter ex altero, vel yterque ex uno eodemque for-
te haulisse dicendus sit.

ne, verum etiam ab homine non prorsus inepto exarata esse vi-
deantur, utlitora sunt ad historiam istius *conuersos* intelligen-
dam. Vestigia eius deprehenduntur in *testamento Leui* cap. 14.
et 18. *Zabulon* 9. *Dan* 5. *Aser* 7.

§. 36.

Praeter ea, quae iam obseruauimus, annotamus ista ad-
huc, quae ad hanc causam pertinent.

1) Hypothesin de redemtione hominum a diabolo et mor-
te, cum aliis, quibus ea exornatur figmentis, *superstructam esse*
opinionibus, maxima ex parte, *iudaicis*, de inferno et diabolo,
eiusque imperio infernali, de tyrannide quam malae potestates
ac spiritus in mundum exercent, de morte etc. Ex his fonti-
bus profluxisse ista *venera*, tam ex aliis indicis (69), quam ex
conuenientia rerum ac sententiarum liquido appetat. Christia-
na enim ista carmina, de Christi victoria etc. non solum ipsa
necessario occupant iudaicas de *adyn* opiniones, verum etiam
plerumque connectuntur cum aliis opinionibus v. c. de descen-
su Christi ad inferos, de eductione Patriarcharum ex orco per
Christum (70), etc. quae iudaicas *ewonas* ponunt.

2) Iudaicae illae opiniones de spiritualibus potestatibus etc.
multis etiam *christianis* doctribus placuerunt, et per hos nouis
quibusdam mysteriis, vel ab ipsis excogitatis, vel e *didacione* *avd-*

(69) Huc referimur v. c. quod *Simon et Basilides*, qui primi fere de ignorantia diaboli aliquid memoriae prodidere, placita sua, magna ex parte, e *Iudeorum*, *Græcorum* praelertim, riulis hauserint. Aut̄or etiam *testa-*
mentorum XII. patriarcharum tot habet sententias e *Iudeorum* disciplina
desumptas, vt *Grabius* aliique, quamvis minus firmis rationibus usi, *Iu-*
daenū eum fuisse assurerint. Iudeao christianus rectius dici poterat.

(70) *Grabius* in *spicil. Patr. sec. I.* p. 264. e *Berechith Rabba* super Gen.
44, 18. iudaicum tellimonium pro ascensiō *Messiae* ex *inferno* laudat: ascen-
denti captivi ex *inferno*, et Deitas (*תְּנִשְׁאָלָה*) in capite eorum. Ex eodem
commentario super Genef. 1. *Grabius* p. 362. alium alteri locum, in quo
Messias cum Deo loquens ita inducitur: *Suscipio super me tribulationes illas,*
sob hac conditione, vt resuscites mortuos in diebus meis, et quidem eos,
qui mortui sunt a primo Adam usque nunc etc. (Nempe ut viviant in regno
millenario?)

ἀνατοληῆ desuntis, auctae sunt. Occasionem huic rei, inter alia, praebuit graeca versio των ὁρῶν, e qua ista commenta confir mari posse videbantur. Sed nihil maiorem addidit auctorita tem ἐννοιῶν illis de angelis bonis malisue, eorumque ordinibus, officiis, potentia, de spiritualibus δυνάμεσι, rectoribus huius mundi etc. quam sententiae nonnullae N. T. vel κατ' ἀναγνώσου dictæ eo tempore, quo repleti erant homines huiusmodi opinionibus, vel minus bene intellectæ.

3. Istius, de qua agimus, hypothesecos, de ignorata a diabolo saluatoris prouincia, hominumque ex orco redemtione, auctores erant *christiani iudaicis* potissimum ἐννοιῶν adsueta, ac pro seculi sui more de ἐποχανοῖς atque καταχθονοῖς liberius philosophantes (⁷¹), qui sacrorum N. T. librorum formulas, quotquot potuerunt, in suam rem sedulo conuerterunt. Praecipua autem scripturae dicta, quae fingendæ huic hypothesi locum dederunt, sunt: 1 Cor. 1, 21. Vbi (yt Beausobrius e Tertulliano et auctore dialog. contra Marcion. docet, bīst. critiq. tom. 2. p. 110.) per κορυν̄ deum huius mundi intelligi voluit Marcion. Eph. 3, 9. vbi reiecto vocabulo ἐν, Marcion legi iussit: μυστηρίου του ἀπόκεντρον εἰπο τῶν εἰδῶν τῷ Θεῷ, τῷ τα πάντα κτίσαντι. (conf. Beausobre loc. cit.) Col. 1, 13. 1 Petr. 3, 19. et 4, 6. Hebr. 2, 14. Pf. 2, 2. (confr. Origenes de princip. 3, 3.) Prouocant etiam multi patres ad Iobi 41, 20. duces draconem (diabolum) in hamo, atque varia hinc comminiscuntur carmina, de deitatis ἀγνῶσφ, intra.

(⁷¹) Neque tamen abnuerim, si quis pertendat a gnosticis originem duxisse hanc hypothesin. Nempe duo in ea possunt νοηματα a se discerni, quorum alterum de redemtione ex tartaro expponens, quantum quantum est, iudaicum est; alterum, ignorantiae diabolum aut deum huius aeni accusans, a gnosticis primo repertum esse videtur. Verum primi gnosticae disciplinae statores, quamvis iudaismu spernerent, parum tamen a permultis absuerunt placitis Iudeorum, eorum puta, qui philosophiae, Platonicae potissimum, amore ducti, litteram aspernabantur, et allegorico factos libros interpretandi genere mirifice delectabantur. Hi, inferentes patræ religioni sua φιλοσοφικα, γνωστας quamdam speciem prætineant, caeterosque, quos πνευματος plane expertes putabant, contemnere ipsi solebant.

intra naturam Christi humanam abscondito. A LEONE vero huic hypothesi sex praecipue dicta accommodantur, α) Ioh. 1, 5. *lumen tenebrae non comprebenderunt*; ferm. 69, 4. scil. Iudeos non solum, sed etiam diabolum latebat consilium Dei. β) 1 Cor. 2, 8. *Si enim cognouissent, nunquam dominum maiestatis crucifixissent*; ferm. 69, 4. Quem locum Paulinum fautores huius hypotheseos ita interpretantur, vt per *αγερτας* (*αγερτος*, angelos, Elohim) *των οιων τοντων* intelligi contendant spirituales potestates. Conf. l. 60, 3. γ) *Omnis faciens peccatum, seruus est peccati.* Ioh. 8, 34. hinc iustum diaboli in homines dominium. ferm. 56, 1. δ) Oseeae 13, 14. *O mors, ero mors tua* etc. Impletum hoc est, cum Iesu moriendo leges inferni subiret, et resurgendo eas dissolueret. ferm. 59, 8. ε) Rom. 5, 20. *Vbi abundauit peccatum, superabundauit et gratia.* ep. 124, 3. et 165, 4. LEO hunc locum ita cum variis phrasibus, de mortis vinculo per peccatum contratio, de captiuis et debito seruitutis, de vinculis diaboli atque de pretio a Christo soluto, connectit, vt vix dubitem, quin per peccatum abundans intellexerit illam diaboli iniustitiam, qua, chirographum excedens, debitum ab eo exegit, qui (vt LEO loc. cit. scribit) solus morti nihil debuit. Nempe cum diabolus dominium suum exercere vellet etiam in Christum, liberati sunt a seruitute ii quoque, qui iuste diaboli erant serui. Sic validius factum est (superabundauit) donum libertatis, quam debitum seruitutis. ζ) Rom. 8, 3. Nam ferm. 69, 3. vbi admodum verbosus est in exponenda ista hypothesi, verba Pauli: *vt de peccato damnaret peccatum, excitat, iisque hanc interpretacionem adiungit: et diaboli opus (peccatum⁽⁷²⁾) captiuitas, aeter-*

na

(72) Athanasius orat. contra Arianos I. §. 60. collat. 57. et II. §. 55. 56. hunc locum ita explicat, vt statuat, remotum esse a carne delictum, quo captiva perpetuo tenebatur, adeo vt diuinum sensum (*τον θεον την*) non valeret recipere; carnis peccatum ex carne esse expulsum, ne regnare perseveret; Dominus in carne habitante, peccatum in carne penitus esse extermi natum, carnem autem factam esse δεκτην του λογου (sive vt Cyrillus in thesauro p. 208. scribit *του άγιου πνευματος*); nos habere ελευθερον το Φρονημα: cum quibus conserfi etiam possunt quae orat. 2. §. 54. leguntur, e. g. profligatum esse serpentem a salvatore in carne eum perfa-

na mortis duratio,) de opere diaboli (Iudeos ad occidendum Christum insolentem iniuste instigantis, sed in praeiudicium suum faeuientis,) (73) solueretur. Ibidem etiam LEO ad alias huius

persequente; praeclsum esse quicquid mali exoriebatur ex carnis motibus, et ipsam mortem, peccati comitem, simul suis intererentam. Non longe absit. Athanasius a LEONIS sententia, quod ad expositionem posterioris partis huius loci (*κατενόησις την ἀμαρτίαν ἐν τῇ σάρκι*) attinet; sed de verbis πέπει ἀμαρτίας nihil prouersus addit, neque eorum mentionem facit, nisi ubi totum Pauli locum recitat. Posset hinc forte dubitari, an verba πέπει ἀμαρτίας in texto Athanasiiano ab initio fuerint posita, praesertim cum eadem ignoret *Cyrillus in thefavo*, op. tom. 5. part. 1. p. 162. edit. *Auberti* collat. p. 160 qui liber, (vt nuperime detexit S. V. PRAESES vid. Sammlung über die Beweisstellen der Dogmatic, Stuck 2. p. 221. seqq.) cum *athanasiensis orationibus* ita conuenit, vt nihil fere quicquam sit in alterutra scriptione, quod non in altera quoque simili modo et similibus plerumque formulis expressum legatur. Etiam in *homil. paschal.* 8. tom. 5. part. 2. pag. 105. omisit *Cyrillus* haec verba. Alibi tamen in eius operibus aliquoties leguntur, vt v. c. loc. cit. *homil.* 10. pag. 132. nulla vero addita eorum explicatione. Posset autem credi: *Cyrrillum* diuerso Epistola-
rum exemplari vsum, diversa ratione hunc locum excitare.

(73) Clarius haec exponit *Ambroſiaſter in commentar. in epif. ad Romanos*, qui Apostoli verba ita explicat: peccatum peccato proprio damnavit. Christus enim cum a peccato crucifigitur, quod est Satanus, peccatum peccatum in carne corporis salvatoris. Hoc itaque peccato (homicidio) reus factus Satanus, amisit dominium retentiarum animarum. Tom. 3. oper. *Ambroſi Colon.* 1616. p. 137. Prouocat etiam hic auctor ad Coloff. 2. 14. 15. ad quem locum p. 256. nonnulla obferuauit, quea omnino huc pertinent „dum non peccando salvator vincit peccatum, quod hominem tenebat obnoxium, inſuper et ab eo occiditur innocens: sic crucifigitur peccatum — crux enim non Salvatoris mors est, sed peccati. (Conf. *Origenis Homil.* 8. in librum Iefu Nauem tom. 2. p. 416.) Innocens enim sic qui occiditur, reos illos facit a quibus occiditur. Peccatum autem principes et potestates intelligamus, quorum studio peccauit primus Adam, — qui dum expoliantur animabus quas tenebant in captivitate, mortificantur, „ Obferuandus autem est hic significatus vocabuli *peccatum*. In toto contextu Paulino Ambroſiaſter per peccatum intelligi exiſtimat vel *diabolum*, peccati auctorem, (e. gr. cap. 7. 11.) vel *diabolum* vna cum hoc ipso quod vocatur *peccatum*; v. c. vers. 8. *sine lege peccatum mortuum erat*, quem quidem locum *Origenes* etiam et *Methodius* (teſte *Whitbyo* in *dift. de S. S. interpre-*

ta.

L.

huius loci Paulini phrasēs alludit v. c. ad ὁμοίωμα σάρκας σάρκας. Certe ad ρομ. της ἀπαρτίας καὶ του Σαραντού respexit, dum omnes homines mortali lege diabolo subiectos fuisse diceret.

4) Ineptam esse omnique iusto fundamento destitui hanc hypothesin, a qua recte recentiores theologi se abstinuerunt, non est quod multis probemus.

5) Sed nemo tamen impiam eam esse, aut christianaē religioni proorsus aduersariam, temere arbitrabitur. Poterant isto tempore publici religionis adiutores hisce propositionibus, cum melius non intelligerent, recte ut ad excitandas in auditoribus lectoribusue suis, (quos ῥαγεῖς fuisse scimus et rudes,) cogitationes satis pias, et ad commouendos salubriter animos idoneas. Sed edocemur illorum exemplo, nostris hominibus eandem nos debere operam impendere, quam illi suae aetatis christianis, quamquam saepe minus feliciter, dederunt. Videmus enim tantum abesse, ut priorum temporum atque hominum beneficia excludant aut superiuacua reddant noua posteriorum seculorum studia, ut potius ista haec requirant. Quemadmodum vero tenuia illa religionis, siue theologiae potius, rudimenta, sequentibus temporibus perpolita, aspernari non decet; ita nostro ingenio non debemus soli tantum confidere, ut omnia optime a nobis iam recte definita esse, nobis persuadeamus, et nihil amplius a quoquam opinemur dici posse rectius atque commodius, quam dictum est a nobis. Quodsi enim tot tantique viri, quos vidimus, non poruerunt aeternis legibus nos adstringere, ut hypothesin tum excogitatam, omnibus fere sub utroque sole probatam, et scripturae sacrae auctoritatibus, ut quidem iis videbatur, confirmatam, nostram faciamus: nobis profecto non magis

(interpretatione secundum patres) de diabolo interpretantur. Si vero ex hac hypothesi epistola ad Romanos aliaeque sacrorum librorum partes explicentur, plati aliud earum inuenientur argumentum, quam quod nos quidem haud paulo melius in ipsis comprehendimus. Quanti igitur momenti sit cognitio hypothesium dogmaticarum ad historiam exegeseos, et quanta sit ipsarum hypothesium ad interpretationem scripturae vis, vel hoc exemplo intelligere licet.

magis licet alios impedire, quominus pro se quisque suis oculis sive ingenii acumine, in interpretanda scriptura, et reperiundis rerum theologicarum λόγοις, iisque inter se inuicem coniungendis, liberaliter et pro conscientiae suae sensu, ad informandum suae religionis vñsum, vtatur. Sed haec haec tenus. Progredimur iam ad aliud beneficium, quod per Iesum Christum nobis partum esse, docet LEO Magnus.

§. 37.

II. Iesus Christus verus est sacerdos (secundum ordinem Melchisedech serm. 3, 1. et 5, 3.) qui ad auferendum peccatum mundi, in altari crucis per immolationem suae carnis se ipsum (naturam suam humanam) hostiam et reconciliationis sacrificium obtulit Deo Patri; quo sacrificio nullum fuit vñquam sacratius, quia, nullius quamquam insontis, occisio propitiatio fuit mundi. Iusti, quotquot occisi sunt, acceperunt, non dederunt coronas. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quamquam debitum suo fine perfoluit: sed in uno solo Iesu Christo, qui omnia ad se traxit, omnes mortui sunt, omnes sepulti, omnes sunt etiam resuscitati. Per sacrificium istud veram in pacem cuncta reuocata sunt; reconciliatum est humanum genus Deo, et propitiatus est humano generi Deus, cum omnium causam mediator Dei hominumque susciperet. Hic enim pro omnium salute moriebatur. In omnibus, quae patiebatur, nostra diluebantur maculae, nostra expiabantur offensae: quia natura, quae in nobis rea semper fuerat et captiva, in illo innocens patiebatur et libera. Per lignum (crucis) erigitur lapsus in ligno, et gustu fellis et aceti diluitur esca peccati. Nam ad destruendum peccati mortisque dominatum, poena (mortis) capax fuit natura eius humana. Recepit Saluator infirmitatem atque mortalitatem, quae non peccatum erant, sed poena peccati, ad supplicium, vt impenderentur ad pretium. Init commutatio mirabili commercium salutare, nostra (contumelias, dolores, mortem) accipiens, et sua (honorem, salutem, vitam,) tribuens. In quo itaque solo homo se inuenit innocentem, in eo fides iustificans impios, et creans iustos, acquirit salutem.

Vt enim per vnius reatum omnes facti sunt peccatores, ita per vnius innocentiam omnes facti sunt innocentes. Hic etiam verus noster Pontifex, licet in Patris sit dextra constitutus, in eadem tamen carne, quam sumis ex virgine, sacramentum propitiationis nunc quoque exsequitur. Rom. 8, 34. — Contextuimus hanc sacerdotii Christi et reconciliationis per eum factae descriptionem, e serm. 3, 2. 23, 3, 46, I. 54, 4. 55, 3. 56, 3. 57, 4. 59, I. 5. 8. 66, 3. 72, 2. et ep. 31, 2. 80, 2. 124, 3. 4. 139, 3. 165, 5. aliisque quibusdam locis diligenter inter se collatis.

§. 38.

Ad haec iam notamus. 1) LEONEM docuisse saluatorem passum esse pro omnibus hominibus, etiam impiis, serm. 52, 4. 54, 2. 3. 59, I. 62, 4. 5. Sicut nullum, inquit, a reatu liberum reperit Christus, ita liberandis omnibus venit, serm. 21, I. quare si vniuersitas captiuorum in suum redemptorem crederet, nullum tyrannica vincula retinerent. Ep. 124, 3. Imo statuit Noster, persecutores etiam ac interfectores Christi potuisse salvare, si modo credidissent. Serm. 54, 2. 55, I. 67, 3. 70, 2. Docet itaque redemtionem, ex antecedenti Dei voluntate, generalem. De Iuda tamen proditore arbitratus est, eum ad indulgentiam peruenire non potuisse; cuius vero rei neutiquam illam esse dicit causam, quod impios pertinaces, et Iudam ipsum, non redemerit salvator; (vid. S. 52, 5. et 67, 4.) Sed hanc adfert causam: „quoniam prius in desperationem transiit, quam sacramentum generalis redemtionis Christus impleret.“ Serm. 62, 4. collat. 54, 3. Videtur hic LEO simile quid innuere iis, quae de Iuda habentur apud *Hilarium Pictau. Commentar. in Matth. Cap. 32.* Vbi eo tempore e vita emigrasse dicitur, vt nec inter mortuos visitaretur (a Christo,) nec inter viuos post resurrectionem haberet poenitendi facultatem.

§. 39.

2) Agnoscit LEO passum et mortuum esse Christum pro nobis, nostra cum debita persoluisse, naturam humanam ideo a filio Dei

Dei esse suscep^tam, vt poenas subire posset pro nobis; propter ipsum deleri ac remitti peccata, per eum nobis repropitiatum esse Deum etc. Designat itaque primas quasi lineas doctrinae de satisfactione Christi vicaria, qua factum est, vt redentor, cui nostra peccata imputabantur, nostro loco poenas eorum luendos ab obligatione poenam sustinendi liberaret, efficeretque vt Deus, cuius iustitiae factum est satis, iuste iam possit peccatoribus, in Saluatorem suum credentibus, delicta condonare iisque propitiis esse. Sed si quis contendere vellet, plene atque accurate hoc fidei caput exponi a LEONE, is suam assertionem nullis confirmare posset argumentis, nisi LEONINIS verbis aper tam vim inferre, iisque sui animi sensa subdere, quam ex magni nostri Pontificis formulis veram eius sententiam sollicite atque ingenue eruere malit. Rei, inquam, quasi aliquam summam, quae satis clare in S. S. a nobis, qui caremus variis opinionum sarcinis, perspicitur, tenuisse videtur; verum totam causam nullibi, quantum ex eius scriptis iudicari potest, explicate ac perspicue tradidit (74). Quod vt rectius intelligatur,

L 5

obser-

(74) Subiungimus hic notitiam eorum, quae de iustificatione per fidem docuit Nestler; quae quidem cum his quae supra obseruavimus coniuncta, non modo clariora sient ipsa, sed illis etiam, quae de satisfactione Christi annotauimus, maiorem lucem afferent. Totam rem brevibus quibusdam positionibus completemur. I. Vocabulum *fides* saepe usurpatur a LEONE ad indicandam ipsam doctrinam, cui fidem habent christiani, Ep. 94. 124, 1. 165, 2. Serm. 29, 6. II. Saepe *fides* sumitur pro scientia dogmatum christianorum, et certa animi persuasione de eorum veritate, Conf. S. 66, 1. 74, 1. 2. 3. et 9, 1. vbi fidem statuit LEO posse esse sine caritate. Sic etiam Ep. 108, 1. baptismus conferriri dicitur desiderantibus et credentibus. Pertinet etiam hoc LEONIS effatum, quod Ep. 161. legitur: Fides voluntate percipitur; i.e. nemo ad veritatis coniunctionem peruenit, qui infuso in eam est animo. III. *Fides* in LEONINIS scriptis significat interdum, sed rarius sere, assensionem coniunctam cum fiducia in Deo posita et desiderio eorum quae creduntur. Docet enim LEO, in eo potissimum fidei virtutem constitutam esse, vt credantur sine dissidentia, atque animo recipientur, nostrosque tangent affectus, quae obtutti non subiacent, siue praeterita sunt siue futura, et vt ibi figuratur desiderium, quo nequeas inferre consperatum. S. 5, 2. 70, 1. 74, 1. Et S. 45, 2, inslet, ait, fides sperare quod credit; — desiderium eruditatis impiebit remuneratio visionis. Conf. et iam

obseruandum est, eum ubique fere, ut primum tractationem de
bene-

iam S. 49, 2. 87, 4. Praecipue vero hoc referendi sunt sequentes duo loci,
quorum alter extat Ep. 124, 4. „Fides vera iustificans impios et creans iu-
stos, ad humanitatem suae participem (Christum) tracta, in illo acquirit fa-
lutem, in quo solo homo se inuenit innocentem — qui his victoriam suam
tribuit, in quorum corpore (de diabolo et morte) triumphavit.“ Alter ve-
ro S. 66, 1. 2. docet, fideles veteris Test, non nisi in I. C. saluationem spe-
rasse, eosque per eandem fidem iustificatos esse, qua etiam nos iustifi-
camur. Nos sanguinem Christi credimus pro reconciliatione mundi fu-
sum, illi credidere fundendum. Nobis hic sanguis idem donat, quod
contulit illis. Similia fere leguntur S. 92, 1. IV. Liquido constat ex his,
subobscure tradidisse LEO NEM doctrinam de fide. Nullibi enim fides clara-
re describitur, prout Christi satisfactionem ac meritum amplectitur sibique
appropriat, atque omnem felicitatem, peccatorum in primis remissionem,
a Deo per Christum placato expectat. V. *Iustificare* LEO I saepissime idem
est ac *Sanctificare*. Ep. 1, 3. 31, 2. Serm. 39, 4. 59, 8. 67, 5. VI. Inter-
dum tamen *iustificatio* significat absolutioriam Dei tentationem, qua homini-
bus in Christum creditibus peccata remittuntur. Coincidit fere notio τε
iustificari cum generaliori notione τε *saluari*. Ita explicandi sunt LEO NIS
loci, in quibus fideles sub veteris Test, oeconomia haud sequi ac nos iustifi-
cari dicuntur per fidem in Christum, totius generis humani Saluatorem.
Vide S. 66, 1. 2. (quem locum num. 3. iam attulimus) S. 30, 7. 63, 2. 69, 2.
Quum vero Patribus in V. T. nec doctrina quam Christus demum nobis audito-
rem proposuit, nec exemplum quod praeviit, prodere potuerit quidquam ad
morum emendationem vitamque sancte instituendam; neque tamen illi minus
iustificati dicantur per fidem in Christum quam nos: liquet, iustificationem
hic non posse accipi de ea, per quam actualiter iusti, hoc est sancti reddi-
mur. His adde S. 55, 3. Tam velox, inquit LEO, fidei erat effectus, vt
latro paradisum iustificatus intrauerit — Exiguo temporis puncto longo-
rum scelerum reatus aboletur. Et S. 49, 3. vbi de baptismate loquitur, profi-
tetur, nulli obesse vel proprium vel originale peccatum, quia iustificatio
non meritis sed sola gratiae largitatem donetur. Confuli etiam omnino hic
debet locus, quem num. 3. ex Ep. 124, 4. excrispimus. Ipsam vero do-
ctrinam de remissione peccatorum propter Christum alibi etiam exponit.
Docet nimurum, sine ea saluari neminem; S. 48, 2. completan autem eam
esse in Christo, i.e. effecisse Christum, vt peccata hominibus iam possint
condonari. S. 62, 5. Notatu etiam dignissima sunt, quae S. 92, 1. de nexus
iustificationis et sanctificationis traduntur. Statuit scilicet LEO, Deum re-
parationem sanctificationemque in peccatorum remissione constituisse, vt re-
motâ severitate vindictæ, omniq[ue] cessante supplicio, reus innocentiae
redderetur, et finis criminum fieret origo virtutum. VII. Familiaris LEO.

beneficiis, quae per Christum nobis obtingunt, ingressus est, delabi in narrationes de redemtione hominum a diabolo, per humilem Salvatoris conditionem decepto. Conf. ep. 124, 3. 4. 139.
 3. Mirum in modum omnia huc detorquet. Quo fit, ut interdum, si simpliciter spectentur eius formulæ, de satisfactione ac peccatorum expiatione loqui videatur, cum tamen ex *owna*
peccatis attenta consideratione patescat, eum de isthac redemtione verba facere, quam antecedenter spho descripsi. Nonnunquam sane ita fluctuantes eius sunt sententiae, ut oppido intellegatur, eum nec accurate animo rem concepisse, nec ea distinxisse, quae Christus ad placandum Deum egit et passus est, ab his, quibus diaboli imperium est destructum. Exemplis nonnullis rem illustrabo. Docet LEO S. 60, 2. in occidente Christi Pascha fuisse verum, et singulare sacrificium, quo non ex dominatione

Ni est formula, quod per fidem iustificetur peccator e. gr. S. 22, 4. 34, L. Ep. 71. Sed cum vtrunque vocabulum dubia sit significationis, in singulis locis significatum verus sensus erundus est. Sed illa opera nos superfedere posse existimamus, quia certum est LEONEM hanc doctrinæ christianæ partem non satis pure tenuisse. Nam præterquam quod ita nonnunquam locutus sit, vt statuisse videatur, eos qui orthodoxa catholicorum dogmata sequuntur, et cum hac hinc caritatem coniungunt, ob hoc ipsum iustificari, et peccatorum remissione aeternaque vita donari: (vide v. c. S. 24, 6.) VIII. tantam quoque putat esse bonorum operum, ieiunii, praefertim et elemosynarum, quibus orationem etiam interdum adiungit, vim tantamque efficiaciam, vt non solum compendia sint ad obtinendum regnum caeleste, S. 44, 2. nos purifcent atque mundent, S. 19, 3. 93, 3. Dei imaginem in nobis renouent, et a Spiritu S. inseparabiles faciant, S. 12, verum etiam vt diuinam iustitiam placent, culpas soluant, a damnatione aeterna liberent, peccata delant, et poenam aeternam ignis extinguant; vt crimina iis redimantur, et venia per ea obtineatur; vt peccatum baptismi ad instar extinguant etc. S. 9. 10. 11. 15. 20. 39. 88. etc. Pugnare cum his videntur, quæ num. 6. e Serm. 49, 3. laudamus, vt merita excludantur a iustificatione; verum ibi de meritis sermo est baptismum antecedentibus. Sed certe post regenerationem sue baptismi gratiam nullum tribuit operibus. IX. Iam si de tota hac causa iudicium est faciendum, idem sene dicendum erit, quoq; de doctrina, quæ satisfactionem Christi vicariam exponit, supra monitionis. Puriorem nostram doctrinam, quod ad pleraque momenta, non omnino ignorauit, sed accurate atque plene eam nullibi propositum.

tione Pharaonis vnuſ populus, ſed ex *diaboli captiuitate* totus mundus ſit erutus. Similiter S. 55, 3. de altari et *hostia* loquitur, ſed statim ad *pacta* praeuaricationis et diabolicam *dominacionem* orationem conuertit. Sic etiam S. 59, 8. Christum *fuiſſe* dicit ex nobis, quod poſſet offerre; mox tamen addit: *leges inferni* diſſoluit etc. His adde S. 28, 3. vbi oſtenditur, opus *fuiſſe* hominibus aliquo, qui caeteris et exemplo prodeſſet et merito; ſed ex orationis ſerie patet, per *meritum* intelligi complexionem eorum, quae Christus egit et perpeſſus eſt, ut a *iugō tyranii*, qui genus humanum ſubegerat, nos liberaret. Pertinet etiam huc S. 77, 2. vbi ita diſputat LEO: Quia aliter ſoluī captiuitas humana non potuit — diuifit ſibi opus noſtræ reparationis Trinitas, ut Pater propitiaretur, Filius propitiaret, Spiritus S. igniret; oportebat enim ut ſaluandi — ab *inimici dominatione* diſcederent. Denique S. 46, 1. humanam Christi naturam aſſerit *poenae* *fuiſſe* capacem, ad deſtruendum peccati mortis que *auctorem* (75). Cum his conſerri merentur illorum Patrum loci, qui *λύτρον* non Deo ſed diabolo ſolutum eſſe existimarent, vid. §. 33. not. 61. Quamuis enim reſtius ſtatuat LEO, *hostiam*, humanam naturam, oblatam eſſe Deo patri, non minus tamen quam iſti confundere ſolet, ea quae diabolum ſpeſtant, cum hiſ quae ad Deum perteſtent. Et profeſto, ſi rem ipsam loqui velimus, fatendum erit, vix poſſe vtrumque *vnjacc* apte coniungi, niſi innumera Scripturae dicta, quae de redemtione agunt, prorsus inuertantur, atque ſyſtema conſtruantur, quod ſolis phantacie figmentis nitatur. Quomodo, ut vnum hoc attingam, *iniuſtus exactor* dici potheſt diabolus, ſi Christo vere omnium hominum, non mortuorum ſolum, verum etiam

vi-

(75) Malim tamen ſtatuerem, *poenam* h. I. ſumi pro quoniam malo aut dolore, quae vocabuli significatio, auctoribus latinis non ignota, recurrit S. 54, 3, et aliis. Quid? quod S. 49, 3. dominicam passionem *fuiſſe* contendat redemtionem mundi, (loquitur vero de diabolo) non *poenam* peccati. Quae verba, eti de poena proprii peccati explicari queant, admodum tamen inconsiderate dicta ſunt. Ingenue fateor, nullum a me obſeruatum eſſe LEO. Nisi locum, in quo paſſiones Saluatoris diſerte peccatorum poenae appellen- tur, proprie ſic diſtac.

vientium et nondum natorum, peccata in reatum et poenam imputata sunt? Quomodo, quaeſo, ſcribere potuit LEO S. 72, 2: praebuit ſe redenator crudelissimo exaetori liber a debito? Nam si iustum fuit diaboli in omnes homines dominium, quod vbiique vrget LEO, certe etiam a Christo delictorum poenas iuste potuit exigere; quoniam Christus, licet ab omni peccato proprio immunis, omnium hominum peccata ſibi imputata portabat. Non potuit quidem Christum, ob coniunctam cum homine diuinam naturam, ſub ſua potestate retinere: ſed ſi Christus per imputationem fuit peccator, nihil ab eo exegit tyranus, niſi quod ſibi debebatur ab hominibus, quorum cauſam mediator egit; et per vim potius ac fraudem, quam per iustitiam, quam tantopere laudat LEO, res gesta eſſet. Sed ope- rae preſtium non eſt, diutius his immorari. Caeterum ſi alio- rum Patrum, eorum praefertim qui ante Seculum V. vixerunt, ſcripta conferamus cum hiſ, quea e LEONINIS excerptimus, de illis idem obſeruare licebit, quod de LEONE diximus. (76)

§. 40.

76) Quamplurima Patrum teſtimonia ad calcem libelli, quem Grotius *de ſatisfactione Chriſti* ſcripſit adiecta ſunt; e quorum vero numero pauca ſunt, ſi curatiuſ examinentur, quea cum noſtra hanc doctriuſam exponendi ratio- ne ita conciunt, vt ex iis tamquam certis documentis historicis noſtra me- lior doctriuſa, prout in theologorum ſcholis, contra Socinianos potiſſimum, traditur, ſolide probari poſſit. Illorum enim teſtimoniiorum alia ſine vi- teriori explicatione ea tantum repetunt, quea in Scriptura S. diſertiis verbiſ continentur; alia vero aut antiquam iſlam de redētione hypotheſin, aut iuſtificationem, per quam nobis donatur iuſtitia inhaerens ſive actualiz, porius exponunt, quam noſtrā de expiatione peccatorum per Christum doctriuſam; alia denique prima quaſi rudimenta melioris doctriuſae noſtræ recta quidem, at parum tamen accurate, exprimunt. Multa tamen pa- trum teſtimonia, quea hanc cauſam egregie illuſtrant, addi potuiffent iis, quea ibi congeſta ſunt. Sic v. c. inſigne eſt Auguſtini dictum in *exposito*.
 2. *Pſalmi 21.* „Delicta noſtra (Chriſtus) ſua delicta fecit, vt iuſtitiam ſuam noſtrā iuſtitiam faceret.“ Si tamen conſeruantur alia Auguſtini lo- ca permulta, liquido conſtabit, cum vbique ſere ſic verba facere, quaſi fa- tiationem Chriſti, noſtri vicarii, et iuſtificationem hominis coram Deo, vt nos eam docemus, plane ignorauerit. Sed, niſi egregie fallor, circa haec tempora primum coepita eſt aliquantum clarius proponi haec doctriuſa; poſtea vero ſenſim et paullatim vberius atque accuratius declarata eſt.

M

III. Ita interdum de Christo mediatore loquitur LEO, ut magis personae, quae natura diuina et humana constat, quam officii, quod agendo et patiendo absolutitur, rationem habuisse videatur. Nempe mediator, si vocabulum eo sensu accipitur, qui omnium patet latissime, est quicunque medius est inter duas partes. (77) Poteſt itaque Iesuſ Christuſ, ſi ſolam personam ſpēcteſ, ideo mediator quodammodo dici, quia diuinam humanamque naturam in vna ſua *vnoſateſ* coniunxit. Hoc ab iis praefertim ſpecioſe fit, qui vniuersalem humani generiſ naturam (*την καθ' ὁλήν*,) a Saluatori aſſumptam eſſe atque inhabitari contendunt. Sic enim iam in incarnatione mediatoriſ graduſ eſſet factus omnibus hominibus, ad beatam cum Deo coniunctionem. Sed noſtrum eſt, exempliſ quibusdam probare, hanc vocabuli illiuſ ſignificationem patribus non eſſe inuifitatem. Primum teſtimoniū, quod etiam LEONIſ epiftolae 165. adiectum legitur, ex Hilarii Piſt. libro 9. §. 3. ſumemus. „Mediator, inquit, ipſe in ſe ad ſalutem eccleſiae coniuiuit, et ipſo illo inter Deum et homines mediatoriſ ſacramento vtrumque vnuſ extiſtens, dum ipſe ex vniſ in id ipſum naturiſ, naturae vtriusque res eadem eſt. „Alter ad quem prouocamus, Gregorius Nysſ. in illud: quando ſibi ſubiecerit omnia etc. oper. T. I. p. 572. (78) per orationem in hoc impleri contendit, quod Saluator omnes homines ſibi, et per ſe ipſum Patri, vniuerit. „Corpus eius, inquit, eſt humana natura, cui eſt admixtus. Propter hunc ipſum autem ſenſum nominatus Dōminus a Paulo mediator Dei

(77) Hinc antiquiſſimorum doctořum aliqui iam ante incarnationem mediatoriſ partibus funetum eſſe τον λόγον exiſtimant, quia per ipſum facta ſint omnia, et ipſe medius quali intercelerit inter ea quae facta ſunt, et Deum, ex quo facta ſunt omnia. Vide quae PRAESES GRAVISSIMVS in hanc tem obſeruauit Int. in Baumg. Polem. T. 3. p. 31. lqq. et p. 50. cum quibus conſerui debet Hilarii Piſtau locuſ, qui e libr. 5. de trin. ibidem p. 248. excitatur.

(78) Latina tantum Gregorii verba ex interpretatione Gentiani Hermati afferre poſſum, quia graeca editio nunc ad manuū non eſt,

Dei et hominum." Proxime ab hac opinione absuisse videtur LEO, qui ep. 124, 3. et 165, 4. scribit: Qua ratione veritatem mediatoris impleret, nisi qui in forma Dei aequalis erat patri, in forma serui particeps esset et nostri? Idem S. 64, 3. dicit; quia vnum est mediator — homo C. I. per communionem sui generis (homo) ad pacem peruenit Deitatis; et S. 66, 4. Ipsa illa, inquit, substantiae nostrae in Deitate susceptio, quem hominem misericordiae suae, nisi infidelem, reliquit exortem? Et cui non communis natura cum Christo est &c. Rechte quidem statuitur, non potuisse Christum mediatoris officio fungi, nisi utraque alteri naturae in ipso fuisset vniuersa; sed id, per quod mediator est, fuit proprie intercessio inter Deum hominesque, et quidem inter Deum iudicem et homines peccatores. Cum vero haec officii mediatorii explicatio ponat iustam satisfactio-
nis a Christo praestitae notitiam, qua plerique Patres antiquiores caruerunt: mirum non est, varios, sed parum plerumque probabiles, eos quaesuisse huius rei λόγον, quibus et rationem et modum rei declarari posse putarunt. Hoc studium, beneficia, quae per Christum nobis obtingunt, explicandi, peperit ἐρώτησις ac locutiones quasdam LEO NI solempnes, de hominibus Christo corporatis, quas, cum his quae modo tractauimus cohaerent, breuiter hic indicabimus. Docet igitur, Christum non reconciliare mundum Deo, nisi per fidei regenerationem omnes in nostrae carnis veritate suscipieret; ep. 171, 2. a natura diuina in suam proprietatem susceptos nos esse, S. 72, 7. et insertos Salvatori nostro per veram nostrae carnis susceptionem; S. 24, 6. carnem Christi esse velamen verbi, quo omnis qui ipsum integre confitetur, induatur; hominem in baptismate effici corpus Christi, quia Christus, corpus sit hominis; Ep. 59, 4. corpus regeneratorum fieri carnem crucifixi; S. 63, 6. Nos sibi corporatos Dei filium ad dextram Patris collocaffe. S. 73, 4. Hae locutiones (quibus locum dederunt nonnulla Scripturae dicta v. c. Act. 17, 28. Eph. 5, 23. 30. sq. Rom. 12, 5. 1 Cor. 12, 27. etc.) nequeunt de naturali hominum cum Christo, qui totius humani generis corpus, ex quorundam sententia, assumit, intelligi, quoniam tum per baptismum et per regenerationem homo Chri-

Iti corpus fieri dicitur, tum orationis series, nonnullis saltim in locis, hanc interpretationem neutquam admittit. Quominus vero de mystica tantummodo et spirituali fidelium cum Deo et Christo vnione exponantur istae formulae, hoc inter alia obstat, quod *corpus regnorum* fieri dicitur *caro Christi*. Ob eandem rationem illa etiam vinitas non potest sola hic indicari, quae ex vnione Christi cum ecclesia, quae eius corpus est, fluit. Quando v. c. LEO Ep. 139, 4. eos, qui de incarnatione Verbi peruersa sentiunt, extra corpus Christi, *in quo commoratur et conresuscitati sumus, se constitueri dicit, quomodo quae-*so de ecclesia haec intelligi possunt? Neque tandem de ea vnione, quae per eucharistiam efficitur, commode intelligi possunt istae, omnes saltim, formulae. Equidem arbitror, ex his vnionis cum Christo generibus omnibus, non satis a se inuicem distinctis, *conflato*s esse hos loquendi modos. Nempe haesisse videtur in animo LEONIS aliiquid, de eorum opinione, qui totam naturam humanam a Christo susceptam esse statuunt; quam tamen ἐνοιαῖς ita immutauit, ut solos fidèles ad hanc naturae vnitatem peruenire doceret. Aperte enim profitetur S. 63, 3. *naturam humanam* in tantam connexionem a filio Dei esse suscep-*ram*, vt non solum in illo *homine*, (Mariae filio) qui (homo) est primogenitus totius creaturae, (Coloss. 1, 16.) sed etiam *in omnibus sanctis suis* unus idemque sit *Christus* (Dei filius, θεός). Iam vero sanctorum vniuersitas constituit ecclesiam, quae etiam solet in sacris litteris corpus Christi appellari. Hoc LEONEM eo adduxit, vt quod de sanctis antea dixerat, idem de *ecclesia* enunciaret. cf. S. 28, 7. 63, 3. In ecclesiae corpus homines coalescunt per *baptismum*. Recens autem baptizatis *eucharistia* statim illis temporibus porrigi solebat. Quum itaque LEO cœnae s. hanc vim inesse purauerit, vt in id quod sumimus (in carnem ipsius, qui caro nostra factus est,) transeamus: S. 63, 7. Ep. 59, 2. hoc etiam vnonis cum Christo genitum cum caeteris coniunxit. Sic haec omnia concurrisse et coniunctim peperrisse videntur istas, quas vidimus, formulas. Istae autem locutiones, quae enunciant, *Christum esse corpus hominis*, et *velamine carnis Christi indui* fideles, respiciunt fortasse eucharistiam,

per

per quam hoc effici statuit Noster, vt Christum per omnia et spiritu et carne gestemus; S. 63,7. quamvis ne haec quidem inuenustae phraseos interpretatio suis careat difficultatibus. Sed meliorem iam nos quidem dare non possumus.

SECTIO IV.

COMPLEXA ARTICVLOS DE IMAGINE
DIVINA, PECCATO ET GRATIA.

§. 41.

Numquam Christiani dubitarunt doctores, puriorem doctrinam sequentes, quin primus homo, *ad imaginem et similitudinem Dei* creatus fuerit. Haec autem imago quamam in re potissimum posita fuerit, de eo antiquiores varie loquuntur et ita plerumque ambigue, vt quid senserint longe sit incertius, quam hoc, quod non omnes senserint idem. Hinc Gregorius Nyss. in *quaest. de eo, quid sit ad imag. Dei et ad similit. suo fam* tempore testatus est, multas diuersasque sententias de hoc argumento ab enarratoribus esse prolatas. *Oper. edit. lat. Frontonis Ducae. T. 2. p. 85.* Etiam LEO, quamvis saepius imaginem Dei concretam esse homini dicat, numquam tamen ita clare atque definite loquitur, vt ex verbis eius plene sententia ipsius elici queat, nisi argumentationum ad maniculum aliquantulum vti liceat. Illud interim certum est, relatam ab eo esse hanc imaginem ad *morales* praecipue animi perfectiones. Ponit autem eam, vt nobis quidem, collatis inter se omnibus locis, videatur, non tam in ipsa virtutum exercitatione, quam in ea humanae naturae conditione, qua homo diuinis perfectiones imitando exprimere potuit, sive, vt cum scholasticis loquamur, magis in potentia naturali, morales Dei perfectiones imitandi, quam in quodam quasi congenito habitu sanctitatis. Quod si verum est, imago diuina ex LEONIS mente continetur potissimum recta ratione libertateque arbitrii; vt, cum dotes animi quas inferiores vocare solent, superioribus recte subordinatae essent, homo perfecte ad legis diuinae praescriptum viuere,

M 3

atque

atque sic perfectissimi Dei quamdam imaginem tamquam in speculo repraesentare potuerit. (79) Sic enim LEO: „Primus homo — rationali spiritu per insufflationem creatis animatus est, vt ad imaginem et similitudinem auctoris sui viuens, formam Dei bonitatis atque iustitiae in splendore imitationis tamquam in speculi nitore seruaret. Quam naturae suae speciosissimam dignitatem, si per obseruantiam legis datae perseueranter excolet, ipsam illam terreni corporis qualitatem ad caelestem gloriam mens incorrupta produceret.“ S. 24, 2. „Homo ideo ad imaginem Dei conditus est, vt imitator sui effet auctoris.“ S. 12, 1. „Qui fert Dei imaginem, Dei faciat voluntatem.“ S. 90, 3. Non semper tamen haec vocabuli significatio commodum locum habere videtur. Nam v. c. S. 38, 3. illi imaginem et similitudinem sui conditoris amittere dicuntur, qui iniurias non obliuiscuntur inultas, aliae in vita delabuntur. Desinunt scilicet hi, Deum imitari. Dici tamen posset, mentem eorum hominum amittere suum in sensus imperium. Sed praeter illud praestantissimum naturae temperamentum, per quod ad imitationem creatoris sui idonei erant primi nostri parentes, antequam hanc naturae suae dignitatem amitterent, immortales fuerunt. Cum vero ep. 138, 3. LEO scribat, carnem Christi, nullo interueniente peccato, non potuisse mortalem esse, nisi nostri fuisse generis; cum itaque rationem, cur Christus potuerit mori, in eo ponat, quod nostri fuerit generis; illud pro concesso sumit, omnes qui nostri sunt generis mori posse, etiam si nullius prorsus peccati rei sint. Quod cum in primos homines

(79) Conciunt plures Patres, v. c. *Tertullianus contr. Marc.* I, 2. c. 5. 6. imaginem diuinam in viribus animae concreatis, et praesertim in eo collocat, quod liber et sui arbitrii et suae potestatis creatus sit homo, et quod in sua potestate habuerit et contemtum legis, et obsequium legi debitum. *Gregorius Nyss.* in orat. 1. in illud: *Faciamus hominem*, putat, *imaginem habuisse hominem ex creatione*, et confisteret eam in potentia ad similitudinem Dei perueniendi; *similitudinem vero* (solent enim dillinguere *imaginem*, et *similitudinem*; hebraismi ignari,) *acquiri ex voluntate*, per nosuos actus a potentia illa proficentes. *conf.* etiam *Origenes de principiis*, L. 3. c. 6.

nes quadret, sequitur, vt nullum aliud immortalitatis genus nisi id, quo potuerint non mori, iis assignandum sit. Caeterum neque de dominio in res creatas, quod plerique patres atque theologi recentiores inter partes, quae imaginem diuinam constituant, recensere solent, vsquam loquitur LEO; neque discriminis istius, quod omnes fere Patres esse putarunt inter imaginem et similitudinem Dei, mentionem apertam facit; neque in eius scriptis ullum vestigium occurrit opinionis illius, cui antiquissimi christianorum doctores fauebant, de homine ad imaginem *τον λογου* condito.

§. 42.

Quod ad doctrinam de peccato attinet, LEO statuit de auctore eius, diabolo, eum non solum primis hominibus interdicti cibi appetitum inseruisse, ac male credulis per illecebram edendi omnium concupiscentiarum virus infusisse, (80) sed eundem etiam easdem fraudes nunc retractare; inquirere scilicet eum in natura, quam scit suis seminibus esse vitiatam, fationis suae germen, vt ad labefactanda studia virtutis desiderium accendat voluptatis. S. 87, 1. Sed non ita in primum hominem diabolus violentus extiterat, vt eum in partes suas sine liberi arbitrii confessione transferret, (peccatum enim erat voluntarium.) S. 28, 3. Neque enim de bonis neque de malis actibus ullum posset esse iudicium, si in utramque partem motum mentis impelleret fatalis necessitas. ep. 15. praef. Quare nec daemonum potestas,

(80) Cum non sine liberi arbitrii confessione viatum esse primum hominem doceat LEO, concupiscentiarum infusio ita debet explicari, vt omnis necessitatis plane excludatur. Nempe prava illa cupiditas non effecta est a diabolo tamquam causa physica, sed homo, arbitrii libertate abutens, ad coquendum ipse se determinauit, motus futilibus illis rationibus, quas seductor externe suggerebat, quarum vero falsitatem facile detegere potuisset homo, si animus, sufficienti rationis lumine exornatum, ad eas intentisset. Cum autem semel appetitu succubuisse ratio, pulcherrimo facultatum animae humanae ordine perturbata, tota hominis natura ita est corrupta, vt cupiditatem praepotens vis mentem etiam in transuersum agat, et animus in ea tantum, quae sensibus grata sunt, feratur.

potestas, nec siderum influxus cogere potest quemquam; (ibid.) sicut etiam *divina scientia*, quae et qualitates actionum nostrorum et effectus omnium voluntatum *praeuenit*, nullam agendi aut volendi imponit necessitatem. Quamuis enim quod Deus praesciuit non possit omnino non fieri, praesciendo tamen quod faciendum est, non cogit ut fiat. S. 67, 2. Agitur quidem postremo hoc loco specialiter de crimine eorum, qui Christum interfecerunt, quorum manus non immisit in se Dominus, sed admissit; verum de omnibus peccatis generatim hoc dictum esse puto, cum omnium eadem sit ratio, neque hoc a caeteris differat, nisi in eo, quod sit facinus omni maius crimen. Certe si ne in hoc quidem peccato, quod inter omnia solum aliquam necessitatis habere posset speciem, praescientia Dei coegerit, multo minus eam in caeteris ullam necessitatem adferre, cogitare licebit.

§. 43.

In tractatione loci de peccato originali non inanem operam me sumere existimo, si sententias, quas de hoc argumento proferam, certis classibus distribuam. Sic enim facilius apparebit, utrum LEO, (inter cuius laudes celebratur et hoc, quod Pelagianos, et maxime Julianum, contriverit,) consentiat, an vero in varietate sit cum Augustino, qui quamuis non prorsus totius huius doctrinae inuentor (⁸¹), quodammodo tamen eius architectus

(⁸¹) Conf. G. I. Vossii histor. de controv. Pelag. Amstel. 1655, pag. 158, seqq. vbi quamplurimi Patrum loci recensentur, in quibus aliqua peccati originalis sit mentio. Vossius tamen nimiam sedilitatem, qua euincere conatur, in Augustini dogma consiprasse omnes feri latinos gracosque Patres antiquissimos, non immerito reprehendit Dan. Whitby in tractatu de imputacione peccati Adami. Lond. 1711, pag. 155, seqq. Multa ostendit a Vossio gratia esse allata, quae ad rem nihil faciant, neque quicquam probent, praeterquam quod propter Adami peccatum omnes eius posteri morti sint obnoxii, et cum proclivitate ad malum nascantur, iisque necessarium sit per nouam generationem renasci, ut digni sint, qui in regnum coelorum ingrediatur. Omnino Vossius multa coaceruauit, quae minime probant id, quod probandum erat, nempe omnes homines in Adamo ita peccasse, ut parentis peccatum omnibus imputetur in reatum, omnesque ideo ater-

rectus nominari potest; utpote qui omnium primus hanc doctrinæ christianaæ partem plenius atque curatius contra Pelagianos tractauerit, eamque in certum aliquem et stabilem ordinem, additis nouis nonnullis formulis, redegerit. Caeteri enim ante Augustinum Patres numquam distincte atque explicate quid sit natuia ista labes, ab Adamo descendens in posteros, exposuerunt, sed tantummodo unde sit, et qui sint eius effectus, obscurius monstrauerunt. Pelagio, ut hodie agnoscunt omnes cordatiiores, multo magis fauunt plerique antiquiorum Patrum, (in gratiam dei profecto non ultra iniui,) quam Augustino. Sed redeamus ad L E O N E M . Sequentes vero theses ex ipsius verbis effici posse videntur. I. Peccatum Adami imputatur omnibus hominibus; neque ideo tantum criminis illius participes dicuntur omnes posteri Adami, quia parentem peccando imitauntur, sed quoniam in et cum patre totius generis omnes simul peccarunt filii. Hoc enim nisi statisset LEO, peccatum unicum homini proprium a peccato communis non potuisset S. 49, 3. distinguere. Subobscure eandem rem innuit S. 66, 1. „Lata in transgressores sententia omnem progeniem captiuae posteritatis obstrinxit, et nemo exitit exsors a damnatione, quia nullus fuit liber a crimen.“ Per istam itaque letiferae damnationis sententiam, simul cum Adamo rei declarati sunt, omnes, quamquam nondum existentes, eius posteri; et quidem ideo, quia omnes participes erant criminis, hoc est primae istius actionis peccaminosae, siue ut paullo antea dixerat LEO, primorum parentum praeuaricationis, ob quam innocentiae naturalis libertatem perdidimus (82). II. Per peccatum originale omnium hominum

nae a Deo separationi obnoxii sunt. Sed nec Whitbius ubique placet. Quicquid sit, in eo conuenit utriusque, multos esse Patres, Augustino priores, qui de labe aliqua, quam ex Adami peccato tota humana natura contraxerit, utunque loquantur.

(82) Auctor librorum de vocazione omnium gentium libr. 2. cap. 20, 21. ita ratiocinatur: Nemo ad beatorum potest pertinere consortium, nisi sacro aeternae salutis fonte initiatus. Quum itaque multiplex pereat parvolorum numerus, quos, quantum ad proprias pertinet voluntates, neque boni aliquid neque mali constat egisse; sequitur, ut super hos illa maneat sententia,

num corrupta est natura, et diabolicis seminibus viciata. S. 87, 1.
Idcirco enim venit Christus, ut omnem languorem corruptio-
nis et vniuersa vlcera fordentium animarum curaret, S. 22, 2.
quod nisi fecisset Dominus, lerali vulnere tabefacta natura nul-
lum remedium reperiret, quia conditionem suam suis viribus
mutare non posset. S. 24, 2. Corruerat enim primi hominis vni-
uersa posteritas uno simul vulnera fauciata; sed venit e coelo
medicus singularis, natus sine contagione antiquae praeuarica-
tionis. S. 64, 2. (83) III. Omnes homines nascuntur ad deterior-

13

tia, quam humanum genus in Adami praeuarificatione exceptit: cuius senten-
tiae rigor, dum etiam circa tales non resolutitur, quam magnum illud pec-
catum fuerit, demonstratur etc. LEO, qui cum illo anonymo in sumptioni-
bus (e.g. de baptismis ad salutem simpliciter necessario, de peccatis non ni-
si voluntarie commissis etc.) concordat, in conclusione etiam cum eodem
conspirasse censendus est.

(83) Postiores duo loci possunt ex contextu de ea tantum naturae humanae
labe explicari, per quam omnibus necessario moriendum est. Quamuis
enim S. 24, 2. aeternae mortis mentio fiat, posset tamen per eam intelligi
mors naturalis aeternum duratura, quam Christus de *aeterna* fecit *tempora-lem*. S. 99, 8. Sed cum orationis serie nonnulla etiam occurunt, de virtutibus moralibus, et de amissione imaginis diuinae, quam LEO non in sola
posuit immortalitate. Distinguit praeterea Noster condemnationem (*mori-
tis, si placet, reatum sive vinculum*) peccato ipso, ab Adamo in poste-
rios transeunte. Quae cum ita sint, nolimus duas hanc sententias hic omitti-
tere, vbi generatim naturae humanae corruptionem indicamus, quae neu-
tiquam potest solummodo in fatali mortis necessitate ponni. (conf. thef. 3. et
4.) Nam infirmitas et mortalitas non *peccatum* sunt, sed poena peccati,
S. 72, 2. Luculenter etiam sententiam suam declarauit LEO, cum Pelagianos
et Coelestianos ab ecclesiae societate arceri iuberet, ep. 1, 3. quia *ideo* dicant
gratiam praeueniri per naturalem industriam, ut *nullo* videatur peccati ori-
ginalis vulnera fauciata natura. Quid vero moriendi necessitas ad grati-
am? ad eam, puta, quam nulla possunt praeuertere bona opera, quo-
rum fons ipsa est et principium. Profecto naturae hoo vulnus, quod auctor
agnoscit, Pelagius autem negasse dicebatur, intelligendum est de defectu
virium, reale legique diuinae conuenienter agendi, sive, ut cum auctore
epistole ad Demetriadem, que LEO I olim a multis tribui solebat, lo-
quuntur, de defectu libertatis delictum declinandi. Haec enim illa, que
diuinae imaginis amissionem fecuta est, vitiosa facultatum animae disposi-
tio, earumque coniunctio inordinata, qua neque mens Deo, neque men-

cor-

ra proclives, S. 18, 1. et cum concupiscentia, siue pravae animi inclinatione, quae tendit tantum ad ea, quae sensibus iucunda sunt. Vnde autem haec concepta sit, non difficulter intelligunt, qui se Adae filios esse nouerunt, et peccante humani generis patre, non dubitant in propagine vitiatum esse, quod est in radice corruptum. S. 39, 1. conf. S. 87, 1. IV. Peccato originali infectum est non solum *corpus*, verum etiam *anima*, neque solae facultates eius *inferiores*, sed etiam *superiores* depravatae sunt. „Habet hoc in se vitium natura humana — in posteros generandi lege transfusum — ut de corruptibili corpore etiam quod animam corrumpere possit, oriatur. Hinc interior homo, tametsi regeneratus, — assiduus habet cum carne confidens⁽⁸⁴⁾. In qua discor-

N 2

corpus ac inferiores animi vires subsunt, haec, inquam, efficit, vt gratia hominibus post lapsum necessaria sit, vt possibilia reddantur ex virtute divina, quae impossibilia nobis sunt ex infirmitate propria. S. 90, 2. Interim tamen ingenue fateor, de mortalitate, per lapsum Adami contrafacta, facissime loqui **LEONEM**, et saepius fere quam de caeteris primi peccati effectibus.

(84) *Hic caro significat corpus et sensus externos, qui saepe interioris hominis i. e. animi rationalis dictamini non parent, sed imperium affectant, vt ibi fiat seruitus, ubi deberet esse dominatus.* S. 71, 5. Sic etiam intelligentius est iste locus, S. 3, 4. ubi suos auditores hortatur, vt casta et sobrie vivant, nec concupiscentiis carnis mens, principatus sui oblitera, consentiat. Alibi etiam passim **LEO** illam pugnam interpretatur de colluctationibus, quae sunt inter *utramque substantiam*, h. c. animam et corpus. S. 42, 2. Ut autem spiritus carnis illecebras superare, et corpori recte praeesse possit, non modo necesse est, vt *mens rationalis* Deo praeside gubernetur et praesidio crucis Christi instruatur. S. 39, 2. 47, 1. sed *caro* etiam compescenda est ieiuniorum castigatione; S. 93, 2. quae hanc ob causam pluribus locis a **LEONE** eximie commendantur, vt, sicut sicut concupiscentia initium peccatorum, ita fiat continentia origo virtutum. S. 79, 1. quia nihil corporis sensibus vel conceditur vel negatur, quod non sicut ad servientem, ita pertineat ad iubentem. S. 94, 1. Sed non sufficit externum a cibo ieiunium, verum ab iis simili est ieiunandum, quae male *inferior substantia concupiscit*, neque solum *carnis desiderii*, sed etiam *animi cupiditatibus* est repugnandum, (ibid) et carnis concupiscentiis denegandus est animi consensus; non enim *anima membris* tantum suis imperare, sed *jus etiam propriæ libertatis tueri* debet. S. 19, 2. Quamuis itaque **LEO** cum multis Patribus, qui ante ipsius tempora, praesertim inde ab Origene, vixerunt, conueniat

in

discordia non facile obtinetur tam perfecta victoria, ut illa — quae sunt interficienda, non vulnerent; — quantumlibet sapienter et prouide iudex animus exterioribus sensibus praefit. Quae illic declinatio potest esse peccati, vbi una passio est et regentis et subditi, „ h. e. vbi res quae sub sensu cadunt, mentem aequem afficiunt ac corpus eamque qua sentimus facultatem. V. Peccatum orig. omnes homines damnationis poenae addixit, nam de sola conditione nascendi una cunctis esset causa pereundi; S. 25, 5. et post illam humanae praeuaricationis primam et uniuersalem ruinam, nemini reconciliatio ad veniam pateret, nisi Christus venisset. conf. ep. 59, 4. Quapropter hoc peccatum, omnibus commune, appellatur maximum. S. 94, 2. VI. Per lapsum homo immortalitatis dote nudatus, duram mortis subiicit sententiam, ep. 28, 3. cum qua aliae coniunctae sunt infirmitates, quas cum mortalitate simul sumtas, damnationis transfusionem (i. e. sequelam) nominat LEO. S. 72, 7. VII. Per peccatum diabolus in homines, mortali sibi lege subiectos, tetram dominationem exercuit, originalibusque dirae capititutis vinculis eos tenuit obstrictos. S. 52, 1. et 69, 3. conf. §. 33. VIII. Peccati mortalitatisque contagium in prolem a primo parente transcurrit, ep. 15, 9. et generandi lege transfunditur. S. 90, 1. IX. Peccatum originale omnibus hominibus est commune, solo (85) Iesu Christo

in eo, quod sedem peccati quodammodo in corpore ponat, atque ex virtute eius post lapsum cum anima coniunctione, corporeaque infirmitate eos deducat languores, in quibus vel ipsi iacent regeniti: S. 71, 6. statuit tamen, nihil actionum nostrarum ad *solum* corpus, multa autem ad *solum* referendum esse *animum*; et ibi censeri qualitatem actionis, vbi inuenitur initium voluntatis, S. 94, 1. h. e. non imputari motus corporeos, nisi accedit animi assensus mentisque comprobatio. Et S. 19, 1. aperte declarat, quod sine anima nihil caro desideret, et inde accipiat sensus, unde sumit et motus.

(85) Ne verbum quidem hic aut alibi occurrit apud LEONEM de immaculata, quam Pontificii iactant, conceptione Mariae. Sed illud etiam notatum dignum esse videtur, quod i. e. o., qui de Sanctorum meritis atque intercessionibus nonnulla habet cum Pontificiorum erroribus concordantias, numquam tamen quicquam proferat, quod ad singulares Marias eique soili proprias laudes celebrandas pertinere possit, aut quo praecipius eius cultus

com-



Ita excepto, S. 94, 2. 24, 2. 64, 2. qui natus est sine contagione antiquae praevaricationis, quoniam quo paterni semenis transfusio non peruenit, peccati se illuc origo non miscuit. S. 22, 3. X. Peccatum orig. non est ipsa hominis *essentia*. Omnim enim creaturarum, sive spiritualium sive corporalium, bona est substantia, et mali nulla est natura. Ep. 15, 6. coll. S. 42, 4.

§. 44.

Restant de peccato nonnulla LEO^{IS} effata notatu digna, quae paucis indicabo. I. Omne peccatum *ex voluntate* nascitur, S. 12, 8. nec ullum committitur sine cupiditate, i.e. appetitu illico. S. 60, 4. Hinc etiam Petri lapsum excusat LEO propterea, quod ibi non fuerit iudicium voluntatis. Consentit quidem Augustinus de vera relig. cap. 14. nihilque existimat esse peccatum quod non sit voluntarium; sed contra Julianum L. 3. c. 5. ipse faterur, recte ista dici de proprio cuiusque peccato, non de originalis peccati contagio; quamvis etiam hoc de primi hominis mala voluntate summis exordium, et ideo voluntarium appellari posse, putet. conf. Eiusd. retract. I. 13. Apparet ex his, Augustinum, ut solent Patres, uar' oinopinac disputasse, et ut Manichaeorum aequae ac Pelagianorum obiectiones eluderet, ea quoconque loco visissime, quae rei praesenti maxime conuenient. conf. Chemnitii exam. conc. trid. p. 92. Sed LEO etiam sibi non satis constare videtur, cum Pilatum, faciendo *quod noluit*, peccasse concedat. S. 57, 3. Verum Pilatus, Iudeorum clamoribus communizationibusque commorus, innocentem Iesum sciens volensque, capit' damnauit. Idem de abnegatione Petri iudicandum est. Dicuntur eiusmodi actiones a theologis voluntariae non simpliciter, sed secundum quid, et certo respectu. II. Multis modis multisque *mensuris* et peccatum a peccato, et crimen distat a crimine. S. 50, 1. Letalia autem peccata LEO S. 45, 1. ea dicuntur, per quae homo a communione ecclesiastica excluditur, quorum autem venia impetrari potest per reconciliationis auxilium h. e. poenitentiam ecclesiasticam. III. Pec-

N 3

ca-

commendetur; cum tamen b. virgo ḡorokos iam isto tempore ab ecclesia esset salutata;

catum in Spiritum S. committunt non ii modo, qui diuina beneficia (miracula a Spiritu S. effecta) diabolo deputant, sed illi quoque, qui eum inferioris putant esse naturae, quam Pater est et filius. S. 75, 4. et 76, 4. Cur autem huic peccato *nullus veniae locus* sit ad ignoscendum, haec (ibidem) assertur ratio: quia talis peccator exclusit eum a se, per quem poterat confiteri, et patrocinaturum sibi non habet aduocatum, a quo est invocatio patris et lacrimae poenitentium, h. e. quia omnia media gratiae reicit, qui huius sceleris reus est. IV. Denique ea *vocabuli significatio* non est praetermittenda, qua per peccatum intelligitur aut *diabolus* ipse peccati auctor, aut illud *diaboli peccatum*, quod in Christum commisit. Conf. §. 36. not. 73.

§. 43.

Ex iis quae de nativa labe per Adami peccatum contracta diximus, nullo negotio perspicitur, *virtibus hominum post lapsum naturalibus*, LEONEM non plus assignasse, quam ex orthodoxorum sententia iis tribuere licet. Idem ex hoc facile etiam colligitur, quod naturam nostram, etiam si renata et ad summae quaeque virtutum studia prouectam, in quantum est passibilis, mortal is ac mutabilis, in tantum esse eam doceat ad deteriora proclivem. Hinc metuere iuber sanctos et tremere, ne deseruantur ope gratiae, et remaneant in infirmitate naturae; natura enim nostra, quae semper habet quo recidat, corrumperetur carnali desiderio, nisi spiritali muniretur auxilio. S. 18, I. 38, 3. 39, 6. 40, I. Sed quae impossibilia sunt homini ex imbecillitate propria, possibilia sunt ex virtute diuina. S. 90, 2. Dei itaque gratia ignorantiae nostrae tenebras discutit, ad poenitentiam nos conuertit, mores nostros corrigit, et dat vnde ipsi quoque quod Deus operatur, operemur. S. 12, I. 39, I. ep. 116, 2. Homo igitur, bona agens, ex Deo habet et effectum operis et initium voluntatis; nam vera virtus sine Deo nulla est, S. 38, 3. 19, 3. 79, 4. ⁽⁸⁶⁾

§. 46.

⁽⁸⁶⁾ Oritur hic quaestio, quid de *virtutibus ethnicorum*, omniumque quae in ista verum Deum colendi ratione abhorrent, statuendum sit? De his itaque

§. 46.

Cum de gratia nonnulla iam nobis dicenda sint, antem omnia despicer nos oportet, de vocabuli huius, tot controuer- siis

que hominibus LEO decernit, sua laude non fraudanda esse eorum opera; (v. c. humanitatis officia, que propter ipsam naturae communionem praeflantur, neque ex fide, vt Noster loquitur, procedunt;) at omni tamen iustificatione vacua ea esse, S. 44, 2. nec ad aeterna praemia peruenire. S. 45, 3. Et S. 79, 2. infidelium non solum sed etiam *haereticorum* ieunia, (quae tamen in praecipuis bonis operibus ponere solet) non solum vana et inutilia appellat; (conf. S. 46, 1.) verum eo usque progreditur, vt infidelitate pollui contendat ieunantem, hac addita ratione, quoniam *extra ecclesiam catholicam* nihil sit integrum, nihil castum Rom. 14, 23. Tacite itaque eiusmodi homines peccare innuit. Conferri hic possunt ea quae Ballerini ad S. 79. obseruarunt, qui tamen minus feliciter LEO NEM sic defendere conantur, vt e scopo eum actiones omnes aestimasse statuant. Sed aperte ad doctrinæ puritatem omnia refert. Quicquid sit, minus nobis placet LEO nisi sententia, falsas effati Paulini Rom. 14. interpretationi superstructa. Quamquam enim bona opera, eo sensu quo Christiani hac locutione vti solent, efficere isti homines, a christiana religione alieni, haud potuerint, nec virtus quae in eos cadere potest, christiana virtuti acquisari queat; nimis tamen duri nimisque inhumani sunt, qui eorum actiones, licet cum lege naturali conspirent, ita vituperant, vt non christianam solum, sed et omnem veri nominis virtutem miseris inesse negent. Nam vt quisque, pro ea, quam comparare sibi potest, Dei cultusque diuini cognitione, optime ac fidelissime summum numen veneratur, legique naturae, quantum eam nouit, quantumque naturales vires (a quibus ne gratia quidem divina, praesertim si numinis auxilium homo imploret, penitus est excludenda,) suspetunt, follicitiissime obtemperat; ita verae virtutis studiosus appellari meretur. Nec est, quod laudabilia huiusmodi facta, in hominibus, vt placet LEO, finem habere dicantur, cum procul dubio Deus quoque non in hac solum vita, sed post mortem etiam, dignis praemii ea remuneretur. Deus enim, qui naturalem aequem ac reuelatam legem tulit, et eaurum quoque virium, que hominibus per naturam insunt, auctor est, nec a quoquam, pro summa sua iustitia, plus exigere potest, quam ei tribuit et lucis ad intelligendum, et virium ad agendum; Deus, inquam, vti peccatorum contra utramque legem admissorum iustus est vitor, sic etiam obedientiae vtrique praeflitiae benignius erit retrubitor. Si praeterea malum omne vindicta manet, certe bona quoque actio quilibet non potest non bonas habere sequelas, saltim naturales. Nulla vero ratione cogitari potest, omnia aequem, iuste, honeste legique conuenienter facta, una cum reali proboque animi habitu, recte agendi consuetudine comparato,

ita

sis celebrati, significatione. Quis enim est in Patrum lectio-
ne mediocriter versatus, qui ignoret, non eandem semper suisse
huius verbi vim atque potestatem? Quid itaque mirum, si
LEO etiam varie eo usus est? Nostro tamen consilio sufficiet,
multis praetermissis, potiores tantum, quos in LEONIS scri-
ptis hoc vocabulum capit significatus, percurrere, I. A gene-
ralibus Dei beneficis discernuntur *specialia* ipsius gratiae dona
S. 67, 1. Haec scilicet sub se continent ea, quae salutis acqui-
sitionem et applicationem proprius spectant. vide ibid. cap. 6.
II. Gratia interdum generatim indicat diuinam *clementiam* at-
que benignitatem. Ep. 10, 1. III. Gratia nonnumquam deno-
dat *electionem*, qua assignatur alicui munus quoddam aut benefi-
cium. Sic v. c. S. 3, 1. non praerogativa terrenae originis. (e
certa aliqua stirpe aut familia,) gignere dicitur episcopum, sed
gratiae dignatio. Et S. 30, 4. Iacob discretus dicitur ab hispida
Esaui asperitate, praeueniente gratia voluntarias actiones et
ipsam natuitatem. IV. Gratia etiam sumitur pro beneficio et
praerogativa. Ep. 10, 8. 159, 6. Communionis gratia complebitur
omnia ea iura atque beneficia, quibus fideles fruuntur, quo-
rum vero exsortes sunt excommunicati, poenitentes etc. Eo-
dem sensu de gratia N. Testamenti docetur, S. 35, 2. eam ieju-
niorum utilitatem non remouisse. V. *Baptismus* saepissime gra-
tiae nomine insignitur, tum simpliciter et sine aliqua adiun-
ctione, Ep. 16, 3. 166, 1. tum gratia Dei. ep. 15, 10. 168, 1. et
Christi. Ep. 6, 3. Huc etiam respiciunt, quae ep. 16, 3. legun-
tur de Pentecostes solennitate, quae quodammodo auxiliantis
gratiae manum porrigeret dicitur iis, qui in festo Paschatoꝝ
baptizari non potuerint. Nempe his baptismus olim Penteco-
stes die conferebatur. Posita autem est gratia baptismi in vi
regenerandi. VI. Gratiae nomine venit etiam diuinum illud
beneficium, quo animus coelesti *doctrina* imbuitur. De eodem
fonte gratiae (inspirationis,) ait LEO, fuit unus spiritus (con-
fona doctrina) et discipuli (Marci,) et magistri (Petri.) ep. 9,
pref.

ita per mortem intercidi, ut profusa non influat in statum animae post
hanc vitam superfluit.

pref. Adde S. 58, 1. Adfuturam, inquit, credimus gratiam Dei, quae inspirationis suae rore sterilitatem nostri cordis adspergat; ut quae vtilia sint, coram concione proferantur. VII. *Ieiunis* etiam attribuitur singularis aliqua gratia, (vis et efficacia §. 39. not. 49. num. 8.) inter caetera Dei munera in die Pentecostes donata. S. 79, 1. VIII. Corporibus quoque humanis gratia dicitur illata (87). IX. Omnim autem celeberrima est ea vocis acceptio, qua sumitur pro gratio Dei influxu, per quem, dum intellectus illuminatur et voluntas motum ad recte agendum accipit, animus interne mutatur atque emendatur. Quid de hac gratia et de modo, quo ea agit, ex LEONIS sententia, tenendum sit, paucis expediam. Oportet vero memoriam hic recolere eorum, quae anticipata sunt §. 45-

§. 47.

Deus et bonarum est inspirator voluntatum, et bonarum auctor actionum. §. 97, 4. Nimirum omnis prava concupiscentia ex nobis est, et ideo mala est, quia nostra est; bona autem concupiscentiae et laudabiles voluntates e Deo sunt, §. 93, 1. qui ad imaginem suam quotidie nos reparat, et dat unde ipsi quoque, quod operatur, operemur, accendens scilicet mentium nostrorum lucernas, et igne nos suae caritatis inflammans S. 12, 1. Omnis igitur bonorum operum donatio, diuina praeparatio est; gratia enim vnicuique principium iustitiae ac bonorum fons atque origo meritorum est, nec per naturalem industriad

prae-

(87) Locum LEONIS, vbi haec opinio proponitur, indicaui iam §. 52. not. 56. Hic illud tantum addo; plures patres similiter de gratia locutos esse. Ex multis ad unum prouoco Athanasium, qui orat, 2. contr. Ariani, §. 68. sqq. docet, opus hominibus fuisse Salvatorem, eodemque increato et omnibus hominibus meliori; oportuisse præterea hunc hominem fieri, quia si Deus tantum pro sua potencia dixisset, soluta quidem esset maledictio, et talis factus esset homo, qualis fuit Adam ante peccatum, ἐξωθεν λαβεν την χαριν, και μη συνημοσμενην αυτην εχον την σωματι. Sed sic nihilominus hominem reum mansisse existimat et seruum peccati atque mortalem, μη συναπτομενον τω Θεω. Cum his omnino conferendas est LEONIS locis, quem l. c. e §. 22, 2. attulimus.

Q

praeuenitur. Ep. 1, 3. Deus itaque praecurrit nos auxilio S. 67, 6. qui ideo dat praeceptum, vt excite desiderium, et praefet auxilium. S. 43, 1. 49, 4. Quorum vero incitat mentes, eorum adiuuat actiones, Ep. 61, 1. nec quisquam inefficaciter ea, quae Dei sunt, concupiscit, quia qui ad Deum tendit, ex ipsius participatione eum quaerit. S. 84, 2. Dabit quod petitur, qui dedit vnde peteretur S. 36, 4. Quamuis vero omnium bonorum sit ipse largitor, etiam nostrae tamen fructum quaerit industriae; non enim dormientibus prouenit regnum caelorum. S. 32, 4. Quamobrem cooperatores sumus gratiae, operantis in nobis, S. 35, 3. qui templum sumus ac habitaculum Deitatis. Nam licet hoc aedificium inchoari ac perfici sine suo auctore non possit: tamen quia *rationales lapides* sumus, et viua materies, (quae per spiritum gratiae, vt voluntarie in vnam compagem congruat, incitatur,) sic nos auctoris nostri exstruxit manus, vt cum opifice suo etiam is, qui reparatur, operetur, et proprio labore quaerat augmentum. Gratiae igitur Dei obedientia se humana non subtrahat; nec ab illo bono, sine quo non potest bona esse, deficiat, f. 43, 1. et 48, 1. neque dona gratiae Dei negligenter habeat f. 67, 6. Sic enim omnia praecpta facile veniunt in effectum, quando et gratia praetendit auxilium, et obedientia mollit imperium. S. 35, 3.

In hanc causam adhuc obseruamus: 1) docuisse LEO NEM, gratiam Dei non dari secundum merita accipientium, quia natura, originali peccato fauciata, ante gratiam proprio studio clara esse nequeat. Ep. 1, 3. f. 67, 3. (conf. de *vocatione omnium gentium* libr. 1, cap. 17.) 2) Statuisse eum, gratiam esse non solum utilem ad facilius bene operandum, sed etiam simpliciter eam *necessariam* esse homini, tam ad perficiendum, quam ad inchoandum bonum opus, vt Deum diligere ac quaerere, legem complere et tentationes superare possit. (Vid. de *voc. gent.* L. 1. 8. etc. et alibi passim, praesertim L. 2, c. 26. vbi modus, quo gratia agit, luculenter describitur.) 3) Vix posse satis certo definiri, utrum *habitaculum* tantum gratiam in auxilium naturae aduocauerit, an vero *actualem* etiam gratiam, *singulos actus efficaciter* adiuuantem, necessariam homini esse putauerit. 4. Certius

tius esse, eum existimasse, gratiam non ita agere violenter, vt
resisti ei nequeat; nam s. 43, 1. satis manifeste innuit, posse ho-
minem gratiae subtrahere obedientiam. (conf. s. 32, 4.) San-
ctos ab ope gratiae posse deseriri, (adeoque gratiam amittere,) signifi-
catur s. 38, 3. (conf. de vocat. gentium, L. 1. c. 25. et L. 2. c.
12. 26. 28. coll. Ballerini) obseruat. in diss. 2. Quesnellii.
T. 2. p. 681. 5) Nullum obstare LEO NIS locum, quo minus
eum credidisse arbitremur, gratiam esse vniuersalem, et velle
Deum omnibus fidem saluificam donare. (88) Docet potius,
generalibus donis Deum omnes ad cognitionem sui incitare. S.
38, 3. collat. S. 35, 4. Profitetur etiam, gratiam (similem stel-
lae, quae magos ad Iesum perduxit, conf. s. 36, 1.) omnes inui-
tare ad Christum S. 33, 5. Illustrantur haec atque confirmantur
per ea, quae de vniuersalitate redēptionis §. 38. dicta sunt.
6) De praedestinatione nihil fere scriptum nobis reliquissime LEO-
NEM. 7) Insistere eum non nimis acriter Augustini vestigiis.

O 2

SECTIO

(88) De ea saltim hoc valet gratia, de qua auctor libr. de *vocat. gent.* L. 2,
§. 15. „Adhibita semper est vniuersis hominibus quaedam supernae men-
tula doctrinæ, quæ etiæ parciors occultiorisque gratiae fuit, sufficit ta-
men quibusdam ad remedium, omnibus ad testimoniū. „ Ab occultiore
hac et generali gratia, omnium hominum *corda pulsante*, distinguit cap.
23. vocatiōnem specialem, quæ excellētiōri opere, largiori munere, et
potentiōri virtute se exerat. Conf. Libr. 2, 25. et 31. A generali illa gra-
tia ne partulos quidem paucorum dierunt homines, e vita antequam ba-
ptismum acceperunt emigrantes, adeoque in aeternas miseras cadentes, au-
tor excludit; quibus hanc gratiam oblatam esse opinatur, dum ipsorum
parentibus eadem offeruntur. Hos enim, quibus illud tempus non imper-
titum est, in quo per voluntariā fidem percipiendā gratias sint capaces,
sub arbitrio voluntatis parentum iacere existimat. Lib. 2. 20-23. Cum
itaque dubiae huius scriptiois auctor, licet baptismatis absolutam necessi-
tatem defendat, tamen gratiam omnibus hominibus communem agnoscat,
obiici nobis non potest, illas sententias, quibus LEO baptismum ad salutem
obtinendam simpliciter esse necessariam contendit, conciliari non posse cum
dogmate de gratiae vniuersalitate. Caeterum cum anonymi illius et Phœ-
nix et sententiae accedant ad LEO NINA E dictionis atque doctrinæ tantam,
quam quæ maxima potest esse, similitudinem, vix poterit aliqua mirifici
huius consensus ratio affiri, nisi flatuas, alterum alterius scriptio[n]es dili-
genter perlegisse, easque sibi perquam familiares reddidisse,

SECTIO V.

QVAE COMPREHENDIT LOCOS DE
BAPTISMO, EVCHARISTIA, AC LEGE
MOSAICA.

§. 48.

Nescriptionis limites nimis excedamus, ex iis quae alicuius ad-huc vilitatis ad illustrandum dogmaticum locum esse possunt, potiora quam breuissime indicabimus. Ad baptismum itaque quod attinet, eius vis atque efficacia, si LEO NEM audias, in eo posita est, quod hominem regenerat s. 25, 2. (eodem spiritu s. replete fontem, qui repleuit et virginem Mariam; quare omni homini renascenti aqua baptismati instar est veteri virginalis; s. 24, 3. et 25, 5.) a conditione veteris hominis liberat, Ep. 15, 10. et mystica ablutione peccatum tollit. S. 24, 3. ep. 6, 3. Per baptismum porro, homo in Dei filium adoptatur, Ep. 16, 3. et efficitur corpus Christi, Conf. §. 40, ac spiritus s. templum. S. 21, 3. Per idem hoc sacramentum peccata remittuntur, s. 44, 1. iustificatio donatur, s. 49, 3. sanctificationis virtus confertur, ep. 159, 7. salutis ianua aperitur, ep. 166, 1. et spes vitae aeternae reparatur. ep. 108, 2. *Vnde* autem hanc virtutem acceperit baptismatis sacramentum, (quod inter sacramenta ecclesiae principale est, Ep. 16, 1.) multis verbis exponit LEO Ep. 16. Nonnulli scilicet recedentes a more rumi temporis consueto, in natalibus martyrum (ep. 168, 1.), in primis vero in festo Epiphaniae die, quo ad Iohannis baptisma Christus accessisse putabantur, baptismum celebrabant. Contra hos LEO canonem, qui nemini, exceptis tamen periclitantibus, baptismum dari permittit, nisi festis paschatos et pentecostes diebus, ita vindicat, vt statuat, eum esse legitimum celebranda generaliter gratiae diem, in quo orta sit et virtus muneris, et species actionis. Istam igitur legem, vt stabiliat, docet, 1) regenerationis gratiam coepisse ex resurrectione Christi, qui potentiam regenerationis tunc sanxerit, quando de latere ipsius profluxerunt sanguis redemtionis et aqua baptismatis; in morte itaque crucifixi, et in surre-

surrectione mortui, baptismum ex veteri condere nouam creaturam. 2) In die Pentecostes, per similitudinem formamque mysterii, ea quae geruntur in membris, congruere his, quae in ipso sunt capite gesta; quoniam in baptinate et mors interueniat interfectione peccati, et sepulturam triduanam imitetur trinacria demerito, et ab aquis eleuatio *resurgentis* instar sit de sepulcro. Cum hac vero solennitate solum comparari posse pentecostes festum, ex *aduentu spiritus sancti* sacramentum etc. Haec argumenta efficere quidem poterant, vt consuetudo ista, quam seruari volebat LEO, videbatur non omni ratione carere; attamen tota disputatio neutquam euincit, non licere, per rei naturam, alio tempore baptismum celebrare. Ceterum longe abest LEO ab eorum opinione, qui per baptismum putant labem peccati congeneri totam auferri. Aboletur reatus, labes ipsa non auferunt penitus. Vid. S. 18, 1. 90, 1. 93, 1. 44, 1. Quare si quae forte sint LEONIS locutiones, quae in contrariam sententiam quodammodo trahi possent, (v. c. ep. 59, 4. in baptinate hominieri ex ui contagio damnatae vetustatis,) eae ex his, quos indicauimus locis, interpretandae sunt. Eos denique homines qui non baptizantur, manifeste perire statuit. ep. 166, 167, 16. Ab hereticis vero baptizatos formam tantum baptismi, sine sanctificationis virtute, accepisse putat; curandum itaque esse, vt per episcopalem manus impositionem sancti spiritus virtutem consequantur. ep. 159, 7. 166, 2. 167, 18.

§. 49.

Expositis iis quae ad baptismum pertinent, de *sacra coena* aliquid iam est dicendum. I. Omnibus fere nota et innumeris excitationibus celebrata est ista de mutilatione eucharistiae, a *Manichaeis, calicem recusantibus*, perpetrata, LEONIS narratio. Commemorat Manichaeos ita in sacramentorum communione se temperare, vt interdum, ne penitus latere non possint, Christi corpus accipiant, sanguinem autem haurire omnino declinent; hoc eos indicio posse dignoscere; omnes vero quorum apprehendatur sacrilega simulatio, a sanctorum societate esse pel-

lendos. Est itaque ex his, quae l. 42, 5. leguntur, luce meridiana clarius, illis temporibus in romana ecclesia eucharistiam *sub utraque*, vt loquuntur, specie celebratam esse, nec solos clericos, sed christianam etiam plebem et omnes indiscreti laicos, praeter panem, poculum etiam accepisse benedictum. II. Si quis querat: *vtrum spiritualem tantum fruitionem, an vero realmem corporis et sanguinis Christi in l. coena praesentiam LEO docuerit; recte respondet, realem eum admisisse praesentiam.* Minus tamen recte videtur procedere eorum argumentatio, qui ad demonstrandum LEONIS consensum cum nostrae ecclesiae doctoribus, ad eos huius auctoris locos prouocant, in quibus ex eucharistia argumenta desumit, ad defendendam contra Eutychianos veritatem corporis Christi humanaeque eius naturae. Deus enim, pro summa sua veritate, non potest signum dare, si id quod per signum repraesentari debet plane non existit, nec quicquam est praeter phantasma merum, oculos mortali fallens. Quare, siue vere nobis in eucharistia verum porrigi dicas *corpus*, siue signum tantum corporis absensis et inadspetabilis adesse statuas, ex utraque tamen sententia recte poteris hoc efficere, Christum habere verum corpus. Hinc Tertullianus cum aduers. Maro. Lib. 4, c. 40. verba Domini, *hoc est corpus meum*, ita interpretatus esset, vt *figuram corporis intelligendam esse monuerit;* (89) addit: figura autem non fuisset, nisi veritatis (verum) esset corpus. Sed alii non desunt LEONIS loci, qui manifeste ostendunt, realis praesentiae eum fuisse patronum. Nam l. 91, 3. sic sacrae mensae, inquit, communicare debetis, vt nihil prorsus de veritate corporis Christi et sanguinis ambigatis; hoc enim ore sumitur, (similiter l. 42, 5.) quod fide (quae Eutychianos errores, quorum in antecedentibus habetur mentio, damnat,) creditur. Et l. 63, 7. scribit: non aliud agit *participatio corporis et sanguinis Christi* (conf. ep. 41, 1.) quam vt in id, quod sumimus, transeamus. — Et Christum per omnia et spiritu et carne gestemus. Conferenda etiam sunt, quae ep. 59, 2. de hac re habentur. Quod vero hoc, quem modo excitaui, loco, eucha-

(89) Conf. S. V. ERNESTI libellus qui *Antimuratorius* inscribitur p. 82,

eucharistia describatur per mysticam distributionem spiritualis alimoniae, et communicantes accipere dicantur coelestis cibi virtutem; neminis animo scrupulum iniicere debet. Hic enim locus ex illis optime et facilissime explicari potest clarioribus, quos supra laudaui. III. Etsi sacrificium eucharisticum aliquoties commemoret L E O, tamen a me non possum impetrare, ut eum assertorem fuisse statuam illius dogmatis, (cuius hic ibi quedam vestigia seculo 6. apparent, licet sine iusta ad nos auctoritate,) quod in eucharistia vere et proprie Christum pro hostia immolari, et a sacerdote offerri Deo patri, docet. Nam, nisi in omnibus, certe in plerisque antiquissimorum scriptorum locis, in quibus, vbi de eucharistia sermo est, hostiae, sacrificii, immolandi, offerendi verba commemorantur, ea horum vocabulorum significatio, secundum iusta interpretandi regulas, locum habet, quae tropica est, nec quicquam plerumque indicat, quam quod munera sive dona fidelium, vinum et panis, destinata sint eucharistiae, in qua sacrificii a Christo peracti memoria celebretur, est sacrificium laudis ac gratiarum actionis Deo offeratur. Ab hac itaque verborum significatione, quae licet impropria sit, vsitissima tamen, ne dicam vnica, est, quae in libris vetustiorum patrum deprehendatur; ab hac, inquam, nisi nos cogat aliqua necessitas, recedendum non esse arbitror. In LEONINIS certe locis nihil non modo obstat, quo minus locutiones, quae ibi occurunt, improprie i. e. secundum communem loquendi consuetudinem, usurpatas esse existimus; verum in singulis praeterea (si s. 66, 2. et ep. 156, 5. excipias, vbi sacrificii et oblationis verba sine vlla adiunctione aut declaratione leguntur,) non deest aliquod indicium, ex quo valide colligas, tropice locutum esse LEONEM. Ep. 9, 2. *Populus* dicitur sacrificium offerre; S. 91, 3. sacrificii oblatio coniungitur cum ieiuniis, eleemosynis et misericordiae largitione, et munda esse dicitur, si quidem ii, qui ista dependunt, quod operantur intelligent; hoc est, vt ex contextu paret, si accedentes ad sacram mensam nihil prorsus de veritate humanae Christi naturae, aut de vera praesentia corporis in eucharistia,

ambigant. Ab iis vero, a quibus contra id, quod accipitur, (verum puta corpus,) disputatur, frustra *amen* respondeatur, et frustra dona (panis et vinum) offeruntur. Porro quae S. 59, 3. habentur, optime de hostia Deo in cruce offerenda explicantur. Nimurum in sacramenti institutione docuit Christus, idem pontifex idemque hostia, quod se *ipse* oblatus sit Deo patri, Denique locus S. 59, 7. qui maximam omnium habet speciem, dubius saltim est, et tropum admittit. Dicit LEO: Nunc etiam (in N. T.) carnalium sacrificiorum varietate cessante, omnes differentias hostiarum, vna corporis et sanguinis tui implet oblato etc. Quoniam vero *crucis* mentio praecedat, facile possunt ista intelligi de illo sacrificio novo foederi proprio, quod Christus semel quidem patri obtulit in cruce, cuius vero vis perpetua est, et memoria in s. coena a nobis celebratur. Sic omnia non solum apte cohaerent, sed cum caeteris etiam auctoris locis amice conspirant. IV. *Indigni* etiam corpus et sanguinem Christi accipiunt S. 42, 4. 54, 3.

§. 50.

Si eos LEONIS locos, in quibus de *dignitate Petri* et eius *successorum*, ac de *primatu* caeterisque priuilegiis romanorum pontificum agitur, indicare atque obseruationibus, vel parcus adspersis, illustrare vellem, perpetuu fere in LEONEM commentarius mihi foret conscribendus. Auidissime enim ille omnes, minimas etiam, amplectitur occasiones, Petri laudes canendi, et praerogatiwas celebrandi romanorum praesulum, *quos* istius vice fungi S. 3, 4. sub illius nomine ecclesiae praesidere ep. 61, 2. et *uniuersae* ecclesiae ex *divina* *institutione* suam sollicitudinem impendere ep. 12, 1, narrat. Nostrae vero breuitati nostroque consilio conuenientissimum esse videtur, omnem istam causam, quae partim ad dogmaticum locum parum verae utilitatis affer, partim verbosiorem requirit discussionem, missam facere.

§. 51.

§. 51.

Indicabimus potius, antequam finem imponamus huic dissertationi, quid de lege mosaica eiusque abrogatione senserit Noster auctor. Putauit autem ille, cessantibus significationibus, quibus saluatoris nunciabatur aduentus, et peractis figuris, quas abstulit ipsa praealentia veritatis, ea quae vel ad regulas morum, vel ad simplicem Dei cultum ratio pietatis instituit, in eadem apud nos forma, in qua sunt condita, permanere, et ea quae utriusque testamento erunt congrua, nulla esse commutatione variata; S. 71, 1, per euangelium gratiae sublatum quidem esse legis velamen, sed non destructa esse eius instituta; mandata et praecepta moralia, quae non aliud insinuant quam loquuntur, et terribiliter sunt prohibita aut salubriter imperata, non aliter ex legalibus institutis veneranda a nobis esse; quam ex euangelicis editis; S. 20, 1. apostolicam enim institutionem ex decretis V. T. haec ista decerpisse, ut quae dudum fuerant consuetudinis iudaicae, fierent obseruantiae christianaee, et antiquae retinerent auditoritatis firmitatem; S. 92, 1. creuisse vero, remota mysticae legis asperitate, voluntariae obseruantiae utilitatem; multa etiam in praeceptis moralibus prioris testamenti aucta esse euangelico magisterio, ut perfectiora et lucidiora essent dantia salutem, quam promittentia saluatorem. S. 63, 5. (Eadem Irenaeus etc.)

Ex hac legum iudaicarum theoria, illud in primis efficere conatur LEO, *ieiunia* in V. T. Iudeis praescripta, sub noui foederis oeconomia esse seruanda. S. 15, 2. 20, 1. 92, 2. Meam ego sententiam de hac re his obseruationibus complectar. 1) Opinio LEONIS, de ieiuniorum, eorum praeferunt, quae certis ac statis temporibus instituuntur, necessitate, a legis mosaicae praescripto ducta, oppido nihil est. Nullum enim statum ieiunium Iudeis per Mosen indicatum erat, praeter illud, quod in die expiationis annua celebrari solebat. Sed si qua veteris test. caerimonia ad Christum respxit, haec certe ad eum referenda est. Caetera ieiunia imperata non sunt, nisi in quantum

P.

tem-

temperantia generatim et sobrietas omnibus hominibus praeceps sunt. Tota ista theoria dubia est et rarissimi tantum vius. Quotus enim quisque est, qui cum caeteris theologis sacrisque interpretibus in definiendo typorum, qui Christum adumbrabant, numero consentiat? Quilibet itaque pro suo arbitrio pauciora plurae instituta V. T. aut impleta aut adhuc implenda esse existimabit. 3) Si per *moralia* Mosis praecepta ea intelligantur, quae repetunt quasi, et vberius declarant legem naturae: magis mihi placet haec distributio, quae moralibus mandatis caeteras omnes mosaicas leges opponit, quam altera illa nimis arbitraria et nullo fundamento certo superstructa, quae legem a Mose latam diuidit in moralem, caeremonialem et ciuilem. Haec sane distinctio innumeratas difficultates easdemque paene insuperabiles adferens, nec ullo ipsius Mosis indicio, nec aliis cuiusdam sacri scriptoris testimonio nimirum, nec potest e legum varia, et quidem triplici, natura rite probari. 4) Nimirum *moralia* Mosis mandata, h.e. *legis naturalis* praecepta per Mosen apud Israelitas repetita, nemo migrat impune; caeterae vero omnes *mosaicae* leges ad nos non pertinent. Sed ne ad illa quidem mandata, quae perpetuo ab omnibus seruanda sunt, quisquam per ipsam legem Mosis, (vtpote quae Iudaeis tantum data est) obligatur; sed omnis, quae iis inest obligandi vis, imponitur per immurabilem atque aeternam naturae legem. 5) Neque tamen ideo nullum nos possumus ex ista lege Mosaica utilitatis fructum capere. Cum enim in mosaicis scriptis purissime ac valde perpicue naturalis legis exponantur praecepta, et limpidisimo hoc fonte in compendio hauritur istius legis cognitio. Caeterum omnia officia permanent eadem; tantum ab alia obligatione aliqua lege ducuntur.

Atque hic quidem finem faciam scribendi, nonnulla breuitatis studio praetermittens, quae de sanctorum intercessionibus eorumque inuocatione, de poenitentia atque satisfactione, de confessione priuata, de meritis bonorum operum, de foeno-
re aliisque similibus causis: ut et de aliis ad disciplinam ecclesiasti-

siasticam pertinentibus momentis, obseruari adhuc possent.
 Quodsi vero nonnulla e LEONIS scriptionibus a me obseruata
 aut disputata fuerint, ad illustrandam dogmatum christianorum
 historiam non prorsus inutilia; aut si meo saltim exemplo qua-
 licunque alios incitauero sacris studiis deditos, vt patrum volu-
 mina diligenti manu versent, et in alios antiquissimorum do-
 storum libros idem studium, quod LEONI ego pro mea medio-
 critate impendi, conferant: tum vero operae me pretium fe-
 cisse, nec inanem plane laborem, hunc libellum con-
 scribendo, sustinuisse me arbitabor.

T A N T V M.

ERRATA.

- pag. 4. lin. 13. leg. hac aetate factio usus sit.
- 6. — 13. leg. elucubravit
- 16. — vlt. leg. traditionibus
- 19. — vlt. leg. praedicationem
- 31. — 17. leg. cum primum
- 32. — 24. leg. opposita
- 34. — 6. leg. portiunculam
- — 10. leg. religioni
- 36. — vlt. leg. p. 138.
- 41. — 25. leg. inclinaret
- 52. — 18. leg. defunxit ex 2 Cor. 5,19.
- 57. — 30. leg. Hilarius
- 82. — 22. del. recte
- 84. — 4. del. in



CARISSIMO

GRIESBACHIO

S. P. D.

IO. SAL. SEMLER.

M U T M A T

Et si vel longi temporis auctoritate quasi niti videtur illa consuetudo, quae libellos academicos, huius generis, publicis litteris vix patitur destitui, quibus ii varie laudentur, qui hanc personam auctoris, quam two iure omnem geris, vel mentiri non raro solent: tamen huic ego consuetudini iam profecto obsecutus non eram, amicissime GRIESBACHI, nisi ipse statuissest **TIBI** aliquam me epistolam negare hoc tempore non posse.

Atque hic ego primum vltro fateor, non omnne me epistolae argumentum arripere, quod se varium facile offerebat; nec, licet ingenuam et liberalem merearisi laudem, publice ei rei iam praecipuam operam dabo; cum satis sciam, (tam saepe repetunt quidam de me siue querelas suas siue suspiciones,) quo studiosior in te fuerit, epistolam meam apud multos **TIBI** eo magis obsta-

obstare; ad fauorem autem **TIBI** suscitandum nihil prodesse. Quo fato cum fere continuo utar, non abiicio quidem liberalem mentem et studiorum, quae nostris commendare audebam, sancte susceptum amorem: *συνεχομαι*
τamen τω πρεγματι και τω λογω. Nempe ethoc **TIBI** do, vt
quasi rem aliam agens, his graecis verbis tandem melius si-
mul explicem istam sententiam, Auctor. 18, 5. quam eximii
etiam viri, vt gregem commentatorum non commemo-
rem, non bene capiunt; ob falsam scriptionem, quae *ex-
cusos omnes libros nostros occupat*; (*συνεχετο τω πνευματι*,
legendum est, quod ex scribendi compendio in *πνευματι*
olim mutabatur, *πρεγματι*, pro quo alii multi clarius le-
gunt *τω λογω*) quo vno exemplo saltim commouebo
praecepites rerum (quas nec attingunt, nec intelligunt
plerique,) iudices, vt aut parcant inuidiosis in me sen-
tentiis, aut si quidem soli sapiunt, vel hanc nouam
(quia vetusta sola perplacent,) illustrationem refutare,
et explicare aliari lectionem ex alia velint; nec sacrile-
gium statim et piaculum mihi tribuant, quem meliora
docendo emendare poterant. Sed eo in loco fere sunt
ista studia, quae **TV** ipse, vt quidem illa scriptione
prodis, non me demum ductore, amare atque ample-
cti videris. Nam lubens fateor, **TV** a esse illa omnia;
a me, si paucos libros excepero, nihil quicquam adiu-
tus fuisti, cum scriberes; pleraque adeo *Lipsiae* iam pa-
raueras. Evidem facile intelligo, cum tam multis
doctissimorum virorum praeceptis in rem **TVAM** gna-

uiter plures per annos usus fueris, TE iam ipsum theologicae eruditionis iustum ambitum proprius cognouisse. Neminiem profecto poenituerit habuisse TE discipulum; iani inde a Gymnasio *Francofurtensi*, quod meritissimos Rectores, *Albrechtum* et *Purmannum* studiorum meliorum initis praefecerat, *Tubingenses* doctissimos Theologos, Venerab. *Reußium*, *Cottam*, *Sartorium* TVI numquam puduerit. In *Fridericiana* nostra operam eamdem dedisti V. *Knappio*, *Noeffeltio*; illustri *Segnero*, *Stiebritzio*, *Meiero*; lectionibus etiam interfueristi doctissimi *Schultzii*, *Foersteri*, et meis non paucis. *Lipsia* vero, nam et illam litterarum sedem adiisti, TIBI facultatem dedit S. Venerab. *Ernestii* (quem semper honoris causa ego nomino;) V. *Crusii*, doctiss. *Ernestii*, *Schroeckhii*, *Mori*, elegantissimi et optimi *Gellerti*; nec eruditissimi *Reiskii* arabica institutione caruisti. Tot eruditissimorum atque integerrimorum virorum praceptis institutisque, et ad eruditionem diuinam humanaque, et ad virtutem ingenuam ita informatus es, ut a me, quod TIBI accederet, vix quicquam fuerit.


Sed nec domestica quasi decora atque incitamenta TIBI defuerunt. Nam vel *auita* illa pietas, et bene de theologica eruditione merendi perpetuum studium, quidni TE inde a pueritia simili mente impleuisse creditur? Qui ignorare poteras, V. *parentis* illam et gratiam in *Rambachium*, et publice frugiferam diligentiam, plu-

pluribus libris procuratis saepe spectatam? Eximiae autem Rambachiae, lectissimae matris, exemplum, liberalis in Deum et hominem pietatis, contentionemque vel muliebrem sortem superantem, quomodo quotidie spectabas, et amare tu non poteras? His igitur virtutis ingenuae et adiumentis et exercitiis diues ad nos accessisti; eximii autem peculii, quod scio et laetor, hic amisisti nihil; spero adeo et confido, tuam ipsius conscientiam te excitare ad Deum eo studiosius amplectendum, quod illa te vel de eo certiore faciat, non accessisse apud nos nihil ad animi bonam indolem, et christiana sapientiae consuetudinem. Ego certe non dubito, te etiam aliis, si id ex te scire velint, confirmaturum, errare illos, qui forte putent, temeritatis aut levitatis theologicae tibi non defuisse, qui mecum iam habitates, et me proprius spectares, varia exempla. Nam, et si mihi non sumo, ut pietatem christianam vel sermonibus meis vel vultu adeo suasore, certo statim ingreram; qua facultate, si qui posseant, magnopere, Dei et communis rei causa, ut me decet, eis gratulabor: nemini tamen, sciens et volens, scandalum oggero, et pro meo modulo ~~euangelio~~ christianam quotidie melius cognoscere et aliis, sine sedulo strepitu, praeshire studio. Tu iam, amicissime GRIESBACHI, utere et fruere tot Dei in te collatis et, si ipse recte pateris, porro conferendis beneficiis, non solum in tuam ipsius rem, sed et in aliorum, quibus cum tempore et loco coniunctus

Etus


Etus fueris, commodum: vt Dei sanctum honorem feli-
citer cum ingenua eruditione coniungi, expertus ipse,
aliis facilius persuadeas. Tandem, nisi silentio eam
rem iubes premere, amplissimae facultati TE gratulor,
philosoph. honorum candidatum. Macte illa virtute!
Commenda isto TVO commilitonumque eximiorum
exemplo, ad alios Moeni Rhenique accolas, Fridericianaes
nostrae salubrem consuetudinem. Vale, meque, vt
facis, si recte id facere porro potes, ama. Dab. in Fri-
dericiana regia d. 19. Febr. 1768.





76 3031

(X2258314)







17

DISSE^TAT^O HISTORICO-THEOLOGICA
L O C O S
THEOLOGICOS COLLECTOS
EX LEONE MAGNO
PONTIFICE ROMANO
S I S T E N S.

Q V A M
 SVB MODERAMINE
 VIRI SVMME VENERABILIS, EXCELLENTISSIMI
 AMPLISSIMI ATQVE DOCTISSIMI
IOANNIS SALOMONIS SEMLERI

S. S. THEOLOGIAE DOCTORIS ET PROF. PVBL. ORDIN.
 SEMINARI^I THEOLOGICI DIRECTORIS
 REGIORVM ET HALBERSTADIENSIVM ALVMNORVM EPHORI

PRAECEPTORIS OPTIMI
 FAVTORIS MAXIMI

D. FEBR. MDCCCLXVIII.

ERUDITORVM EXAMINI SVBMITTET

AUCTOR
IOANNES IACOBVS GRIESBACH
 MOENO - FRANCOFVRTENSIS. S. L. C.

HALAE MAGDEBURGICAE,
 TYPIS FRIDERICI WILHELMI HVNDTIL.

